

L 89

18.24 - 14

Caja
A-29

mei madud

s b
8
R del nom



Questiones magistri Barto-
li castrensis habitae pro toti-
us logice probemio.




Questiones eiusdem in pre-
dicamenta Aristotelis dispu-
tatae secundum opinionem Thome
Scoti et Dchaz textu ex traslatio-
ne Argiropili inserto.



Anones triumphu numero-
rum ab eodem Bartolo castre-
se primitus ad iuventi cum carmini
chartarum.



Illustriſſimo ac reuerēdiſſimo domino d.
 Fránciſco ximenez de ciñeros tituli ſancte bal
 bine preſbitero Cardinali ⁊ archiepiſcopo to
 letano hispaniarumq; primati Bartolus ca/
 ſtrenſis. S. B. D.



Quam vitam quam in terris homines de
 gunt: ex alta libeat ſpecula cōtemplari: innumere proſecto nobis illu
 ſtriſſime Cardinalis rerum humanarū vertigines ac viciffitudines in
 primis obſcientur quib; vita hec tanq̄ turbulētiffimis vētorū icibus
 hinc inde quotidie agitatur: quas oīo euadere aut vn̄ vel duo: quos
 optimis maxim; amauit xp̄us: valere. Mempe ea lege nati ſum;: vt
 plurima et acerbiffima vitæ incōmoda patiamur: quamobrem ſum;
 mis virib;: totiq; neruis nos anniti op; vt hanc hūane ſortis miſe
 ram cōditionē: quoad fieri poteſt cōmodi; et maiore cū tranquillitate
 tranſigam;: ne noſ flu et; tempeſtatū abſorbeant: nec ſinant optatū beatitudinis portum ſelici
 tandē ſydere adnauigare. Et quod poti; ad hoc fluctuātiffimū pelag; tranſfretādus nauigiū ge
 nus parari poterit: quā litterarum ac ſapientiae preclara atq; immortalis ſupellex: que hominū
 nē corporis exutū ergaſtulo ^{aeſt heredo} docet intrepidū tranſcēdere cur ſus natura eq; abdita
 ac penitiſſima loca nulliq; peruia ſenſui penetrare: ac imenſa de diuinitatis archanis preſeru
 tari haurireq; miſteria: vt iam ſapiens homo diuinæ philoſophiæ humanarūq; diſciplinarū ve
 hiculo extra aleā hūane ſortis poſtus credatur. Que omnia archiepiſcul reuerendiſſime cum
 ſepi; fueris viuaci menſ; acumine accurate perſcruta;: proſpexeriq; digna meritorū premiat
 et debitas palmas ſapientiae cādidatis ac ſtititorib; hacten; denegari: ditiffimū ampliſſimūq;
 ſapientiae domiciliū tuę dignitati ac magnanimitati reſpōdens a primis fundamētis erigen;
 dū curatiſſimam ſacro inſpirate numie quo totum eſt aſlatū pōtifficiū pecc; inſigne hoc collegiū;
 ac complurēſez academiā florentiſſimam vt omnium bonarum litterarum emporium referri
 ſſimum et vnicū diuinæ palladis hoc eſt ſacre ſophiæ habitaculum ipſamet ſapientia auſ
 picę prelegiſti: prelectū inſtituiſti: inſtitutū grādi opū cumulo ditatiſti: ditatumq; tam doctori
 bus ac magiſtris viriq; vnde cūq; doctiſſimis oēs q; diuinā et hūanā eruditionē callētibus nu
 llis parcens impendiis cōpleuiſti et (vt ita dixerim) animati vt veluti corpori pulcherrimo a
 nia pregeſſet ſpeciōſiſſima: qui inq; magiſtri oīa corporis mēbra puſſilla: mediocria et grādiu
 cula viuificis ſapientiae ſpiritib; fouerēt: ac ſota doctrine fontib; irrigarent: atq; indiscrimina
 tū cū et indigenis: et exoticis mira doctrinarū fluentia nequaq; illiberal; eſſunderent: ac pa
 ſtu quotidiano preberent. A quibus in ocio qd nobis abunde in hoc tuo collegio ſuppeditaſti:
 fateor me pro virili certaffe: vt aliqd bonę frugis haurirē: hauſſiq; mentis penetralib; obſer
 uarē: vt ſi q̄ndo liceret citra inuidiā huic tue nūc primū gemmanti (vt ita dicam) vineę nō in
 utilis fortaiſſis operari; accederes. Licuitq; tādē te in dēte immerito lz mihi: cum plures aliq;
 mei coetanei qui negotio huic ſufficēt; ſatiffeciffent: ad maiora anhelaret; quadrienni; i docēdo
 ſubire laborem: qd cur ſus artū quas liberales appellāt ex tuis prudētiffimis decretis expoſu
 lat. cum igit; hoc anno Ariſtotelicę logicę enucleādē inſudarem; excoꝑitavi temerarię forſitā
 q̄ſtiōes quas dā phemi; loco toti dialecticę precurſorias et preuias auditorib; nris dicere: q̄s
 uſic eorūde quotidianis pene eſt iagitationib; ſub tui nois patrociniū imprimēdas curauimus
 et vt voluminis iuſti magnitudo egrē; coactus ab eiſdē ſum in cathedra Ariſtotelis quas
 nri pdicamēta vocāt; diſputatiōes aliq; comētari ſm tres iam in hac tua academia doctorū;
 ſectas receptiſſimas Thome ſ; Scoti et Obā. Ob quod neceſſe fuit varia veter; et recēti
 orū ſcripta plegere: vt fidel; cuiuſq; doctoris mens explicaret; in qua repagēda aliens ma
 lui veſtigijſ inſiſtere: quā nris vacillarūnam nihil aut parū me noui adinueniſſe teſtor: nē p̄ id
 eſſet omnis noſtris nō virib; equū namq; humiliter ſapim; idq; ſpōte ſatemur: qua vnica et in
 genua (ni falloꝝ) cōfeſſione oīū oēs ſuſſurronū atq; oblatratorū linguas virulētās obmutef
 cere cogimus: tu interim Cardinalis ampliſſime caſtreū tuū fautor beneuolētiffime bilari quō
 ſoles vultu hec nra obſequii debiti monumēta ſuſcipito: que tuis auſpicijſ in publicū prodeſſe
 non tū oblatū mun; namq; id exigū ſet offerētis aiū animaduertito: qui cum maiora neqat
 vt ingr atitudinis labē eſſugiat hec tibi nō verē offerre. Vale vnicū xpiane religionis colu
 mem: et noſtre Hiſpanię ſyd; ſulgētiffimū ex hac tuavernātiffima academia nonis Julij.

Questiones preuiaae logicae aristotelicae magistri
Bartoli castren, ex insigni burgenſi ciuitate.

Prima q̄stio probemi

alis.



Dialecticus habitus scientificus ex frequentatione actuum in anima derelictus.

Et arguitur primo quod non: quia si dialectica esset habitus vel esset vnica

habitus vel plures habitus non vnicus cum in ea diuerſe sint conclusiones: quare cuiuslibet assensu actualis aptus natus est producere suum habitum: non plures: quia tunc dialectica non esset vnica scientia;

Secundo arguitur non est habitus aliquis habitus ergo dialectica non est habitus scientificus consequentia nota antecedens probatur: quia si daretur habitus esset ad inclinandum potentiam ad aliquem actum: eliciendum: sed vnaqueque potentia naturaliter est inclinata ad suam operationem: ergo non indiget aliquo inclinante extrinseco.

Tertio arguitur quia dialectica non est scientia: ergo non est habitus scientificus: probatur antecedens tum quia non videtur procedere ex necessarijs cum in ea innumere inueniantur opiniones diuersissime: tum quia est de operationibus intellectus et de entibus rationis que parum essentie et minus existentie videntur habere.

Quarto arguitur arguendo vulgatissimo ex auctoritate commentatoris dicentis dialecticam esse modum sciendi et per consequens non scientiam: quia nullus modus sciendi est scientia.

In oppositum arguitur ex auctoritate omnium logicorum similiter ratione: quia omnis illa est vocanda scientia que ex principijs evidentibus conclusiones colligit et concludit sed dialectica est huiusmodi igitur intentum.

Questio presens continebit tres

articulos: primus erit ponens fundamenta et declarans terminos questionis: secundus erit dubitationum motuus: et eas dissolvens tertius erit conclusiones responsales continens et responsiones ad argumenta questionis.

Articulus primus.

In primo articulo primo sciendum est quod sit habitus: unde habitus solet hoc modo diffiniri a philosophis. **H**abitus est qualitas alicui potentie inherens derelicta ab actu vel actibus illius potentie inclinans eandem ad similes actus producendos ex quibus genita est. in hoc quod dicit qualitas excluditur opinio aliquorum qui negant habitus dicentes non esse qualitates distinctas ab ipsis potentijs hanc opinionem videtur tenere grauissimus doctor Guillelmus parisiensis in libro quem fecit de virtutibus: affirmat enim esse probabile quod per frequentationem actuum virtutis nulla qualitas de nouo in anima generatur. **E**t si quis obijciat contra eum: quia potentia inuenitur promptior habilior expeditior ad producendum tale operationem post eius frequentiam quam antea ergo hoc erit propter aliquid derelictum ex tali assuetudine in ipsa potentia: et hoc non potest esse nisi habitus ergo habitus est.

Ad hanc obiectionem ipsemet respondet concedendo ut experientia demonstrat fore potentiam promptiorem et magisabilem ad operationem eliciendam post consuetudinem actuum quam antea: illud tamen non prouenit propterea quod aliquid nouum in potentia derelinquatur: sed propter alicuius impedimenti remotionem: quod antea in potentia erat non permitens illam suam operationem cum facilitate exercere: quod tamen superdimentum per actus frequentes vel omnino remouetur: vel partim diminuitur. **P**ost cuius impedimenti et obstruuli remotionem vel diminutionem potentia ipsa expeditius operatur ad quod declarandum adducit innumera exempla de quibus vnum impresentiarum sufficiet sit quidam homo viribus corporis valde ro-

in media...
Guillelmus!

Guillelmus!

Zuenroyz.



Primo articulo prime questionis:

buffus: cursu velox: saltu agilis: catenis cope
dib: et funibus alligetur: vinculisq; et immo-
bilis permaneat non valebit huiusmodi por-
mo his obstaculis impeditus robusti corpo-
ris vires exercere: nec fossam saltu transili-
re nec campi planiciem pedibus peruolare: re-
moueantur tamen paulatim impedimenta: si-
militer videbitur virtus eius paulatim angre-
tari quousq; oē sit ablatū impedimentū tunc
expeditus multo exercebit operationes suas
non est tamen sibi aliquod adiutorium addi-
tum sed solum est impedimentus remotus:

C Sed contra hanc sententiam hu-
ius doctoris replicatur vrgentius: nam sunt
alique potentie in quib; nullus est impedimē-
tum vt gratia exempli anima rationalis dum
a deo ipso creatur et corpori infunditur: illa
tamen eadem per frequens exercitium in vir-
tutibus et scientijs habilior et promptior fit
igit illud non erit propter impedimentū abla-
tionem cum in ea non sit sed propter adiuto-
rij noui quod habitus nūcupat productionē:

C Ad hanc replicam posses dupli-
citer respondere. Primo vt purus nominas
lis quod erat propter aliter et aliter se ha-
bere nō ppter noue rei acquisitionē hanc solu-
tionē inuit Joanes maioris in suo quarto sen-
tentiar; vbi ait fore probabile seclusa fide nul-
los habitus esse dādos: dicit seclusa fide nam
ex sacris litteris tenemur credere esse aliquos
habitus infusos animis ab ipso deo: vt sunt
illa spes fides caritas et similia.

C Secundo posses respondere ex
dictis eiusdem colligi potest q; licet in aia in-
tellectiva nō sit in eius creatione qualitas ali-
qua que possēt impedire habitus quos post ho-
mo acq; situr est nec etiam in toto cōposito si
considerē secundus suā puritatez naturalē:
et s; in perfectionē suaz potentiaz naturaliu
quales in primo homine in statu innocētē sui
se credimus: q; tunc naturalia oia erant per-
fectissima et aperitus sensituius subdit; erat
rationis: et per consequens anima p; mptissime
et expedite valde suas operationes exercere
poterat nunc vero post casum ab illo statu: et
dignitate et perfectione naturali potentie ipse
sunt impediti et quodāmodo in robore suo di-
minuti: et habet qualitates quas dā morbidas
que a theologis reliquie peccati originalis vo-

carent et iste sunt qualitates que per oppera-
tionū studiosaz frequentia abiciunt et ex con-
sequenti potentia fit habilior non per habitus
productionem sed impedimenti remotionem
sed responsio hec altior est et profundior: quā
facultas logicz patiat cum videat sapere ne
scio quid theologicum essent tū multiplices
nodi extricandi.

C Quereretur primo a preffato
doctore a quo ille qualitates in aia producte
sint non a corpore ipso cum non videat habere
potestatez agendi aliquid in rem spūales nisi
tantummodo intentionali: vt dicit producere
notitiaz effectiue: simulter non a deo ipso: cum
de; non videat esse auctor mali habitus et quali-
tatis pessime retrahent; a virtutib; et scientijs
nisi fortassis dicere s; pbabili ut magister me-
Bonfals; in suis posteriorib; analeticis iquit
posse tales qualitates deo effectiue attribui:
tum ad peccataz inobedientie primoz parentuz
que in suis posteris vindicat: tū etiam ad exer-
citiū virtutis vt homines cōtrapugnantes
inclinacioni illaz qualitatū in opere virtu-
tis accrescant.

C Bis tamen premissis secūdo q;
reretur ab eodem que sit causa cum actus vi-
ciosi pducant in potentijs habituz cur etiā si-
militer opperationes virtuose non producēt
habitum. Ad quam questionē quid ipse dice-
ret aperte ex dictis eius non colligit dices ta-
mez pbabili q; ex eo est q; potentie natura-
les aie non sunt inclinate ad malum ex natura
sua loquor in statu perfecto. Sunt tamen
incline ad bonuz relicte suz puritati perfe-
ctissime.

C Queritur tertio ab eodem an in
statu quem ipse perfectum vocat potentie hu-
manitatis christi et ipius adq; an essent equali-
liter perfecte quod errorem manifestum vides-
tur reputare articulo quidam parisiensis cō-
parans christi aiam in puris naturalibus aie
ipius inde dicens illas esse equaliter perfe-
tas error.

C sed relicta ista opinione sequen-
da est comunis scola et theologoz; philoso-
phoz; affirmantiuz fore dables habitus isto-
ruz tamen sententia est bipartita nam ex vna
parte videtur dicere albertus magnus in su-
is predicamentis q; actus et habitus nō dis-

Bonfalsus

articulo parti-
stentis.

Albertus mal-
nus.

Joannes ma-
ioris.

Prim^o articulo^o prime questionis.

opinio Scoti.

Scotus.

Notabis ulterius quod ex sententia Scoti in quarto sententiarum qui dicit et affirmat asseueratissime quod habitus in ordine ad potentiam habet duplicem respectum scilicet inheretis ad id cui inheret et assistet ad id cui assistit propter primum informat potentiam propter secundum dat illi adiumentum et naturaliter loquendo secundus respectus presupponit primum et non potest reperiri sine eo. Dicit tamen absolute non esse necessarium unde imaginatur quantum ego possum intelligere quod habitus si per aliquam potentiam posset esse eque presentialiter ipsi gratia exempli intellectui operanti absque hoc quod illi inheret bene posset adiuuare talem potentiam id est effectiue cum ea concurrere ad operationem producendam. Sed istud quantumvis sit subtiliter dictum bene posset pati calumniam argueretur enim aliquis quia sequeretur quod aliqua potentia intellectiva que nunquam habuit notitiam intuitivam nec speciem alicuius rei posset tale rem abstractiue cognoscere quod videtur contra comunem sententiam sequela tamen probatur quia pono per casum quod sint duo angeli simul in eodem loco quod ipse concedit esse possibile. quorum alter eorum habet habitum valde intensum cognoscendi petrum alter vero nunquam eum cognoverit tunc iste secundus angelus habet habitum sibi intime presentialem quantumvis non inheretentem ergo poterit adiuvari ab eodem igitur producet actum cognoscendi petrum quod fuit intentum principale.

Ad hoc ipse posset respondere quod illud intellexit in illa potentia ex cuius operationibus talis habitus derelictus est quod fortassis non caret probabilitate. Sed his premissis veniendo ad principale propositum ponitur conclusio tanquam nota per speciem quod exactibus cuiuscumque scientie in ipso addicente habitus aliquis derelinquit eum facilitas ad intelligendum conclusiones illius scientie et per consequens illud reperietur in dialectica ipsa. Est tamen ulterius dubitatio non mediocris an accepta unica scientia gratia exempli geometria sit ponendus unus habitus simplex pro omnibus conclusionibus illius scientie an pro una quaque conclusione suus distinctus habitus ponatur.

In hac dubitatione sunt varie opiniones est enim sententia solemnissimi doctoris Henrici de gandavo quod non est ponendus nisi unus habitus inclinans potentiam ad omnes conclusiones illius scientie ita quod ille acquiritur in prima conclusione que scitur in illa scientia et per sequentes conclusiones proficitur et acquirit nonos respectus ad varias et diversas conclusiones sine quibus respectibus non inclinaret potentiam ad tales conclusiones et per hoc soluit argumentum quod contra eum fit a nominalibus quod sequeretur quod qui unicum et primam geometrie conclusionem nec scit esse perfectus geometer qui habet scientiam integram et perfectam geometrie.

Ipsie respondet quod verum est quo ad essentiam scientie geometrie non tamen quo ad respectus et conditiones quas ille habitus potest acquirere ad diversas conclusiones unde imaginatur doctor predictus quod persequentes demonstrationes talis habitus acquirit nonos respectus ad alias conclusiones et sciens est in potentia propinqua respectu conclusionum in ordine ad quas agit et agit in potentia remota sed tunc est replica quia sequeretur quod relatio esset de genere actionis enim det actiuitatem ad producendum actum scientie in ordine ad conclusionem mediante tali habitu scientificum sed hoc facile dissolveretur dicendo quod non dat actiuitatem bene tamen est requisita ad hoc quod producat talis actus scientie. Exemplum familiare etiam ad propositum de igne et aqua et propinquitate. Ignis enim non producet in aqua calorem in distantia maxima requiritur ergo propinquitas que secundum omnes reales vocanda est relatio non tamen propterea relatio dicenda est agens aut activa sed quodam modo modus agendi ex parte agentis et passi requisiti pariformiter diceret Henricus de gandavo quod primo habitu scientie acquisito est intellectus in potentia ad intelligendum ceteras illius scientie conclusiones. necessarius tamen est respectus quidam ad hanc vel ad illam conclusionem et iste respectus potest vocari propinquitas quedam intentionalis ipsius ad hanc vel ad illam conclusionem vel ad obiecta representata per conclusionem vel conclusiones.

Diversitas non mediocris est inter imitatores sancti Thomae an predicta opi-

Henricus de gandavo.

Sactus thomas.

Capreolus

nio fuerit de mente eiusdem sancti Thomae nā Capreolus in primo sententiarum questione tertia p̄me distinctionis assertit multas auctoritates dicti doctoris que sibi inuicē vidētur contradicere alique sonant habitum scientie non nisi unicum esse et qualitatem simplices vbi videtur dicere in prima parte alibi vero in pluribus locis dicit esse ordinem specierū congregatarum.

Cocinas.

CPaulus vero cocinas eiusdem ordinis doctor in sua metaphisica affirmat: non esse ex mente sancti doctoris q̄ sit vna qualitas simplex sed respectu cuiuslibet conclusionis reperitur proprius habitus ab alterius conclusionis habitudistinctus. S; magis vt opinor credendū est Capreolo quā eisdem sententiā adherere petrus niger in libro quem clipeū thomistarum nominauit et ponit sequentē distinctionem. Duplex est habitus in aliqua scientia scilicet habitus incomplexus et complexus secundū quod duplex est noticia scilicet incompleta que terminis ipsius scientie correspondet et ista noticia in completa actualis relinquit habitum sibi propriū in anima et isti plurificantur et diuersificantur in eadem scientia. Alii vero est noticia completa que correspondet cōclusionib; ipsius scientie et in istis quantum sint multi actuales assensus scientifici in eadem scientia non tamen producit nisi vnici habitus simplex vt Henricus ponebat iste tamen cōtinue perficitur et perfectior fit per nouas demonstrationes respectu conclusionum diuersarum.

Petrus niger.

Ex istis patet quod non est repugnantia in dictis doctoris sententiis non loquatur vniformiter de habitu nam quando dicit esse plures loquitur de incomplexis: quando vero dicit esse unicum: loquitur de complexo.

Motabitur tamen vltterius qd̄ affirmat idem Clipeus thomistarum q̄ habitus incomplexi nihil aliud sunt q̄ species intelligibiles et non distinguuntur ab eisde; in quo repugnat sententię Scoti et Gregorij et est opinio cōcoris guillermi. Q̄chā negatis species intelligibiles distingas ab habitibus in quo dicto si verum dicit petrus niger ex sententia sancti Thomae concludo

consequenter Thomam et Ocham esse conformes in quo non mirum: cum vero omnia consonent ex sententia Aristotelis in libro philosophorum.

Ocham.

Aristoteles.

Antea quam ponatur argumenta multa et difficilia contra sententiam Thomae et Henrici ponitur exemplū et similitudo accipime declarās predictum modum opinandi et est istud quod a theologis ponitur habitus vnici infusus quem vocant fidem infusam inclinantem animam cuiusq; fidelis credibilibus et veritatib; catholicis licet inter se sint de rebus diuersissimis habens tamen predictum habitum infusum non assentit veritatibus fidei immediate: sed mediante fide acquisita que plurificatur secundum credibilium multitudinem que nempe fides acquisita ex auditu et relatu aliorum et apprehensione motiui et voluntatis pia affectione producit: ita similiter loquendum erit de habitu scientifico pro modo suo ex sententia dictarum opinionum.

Etiam potest applicari ad plures secundum q̄. t̄ hoc ad modum non est in eis q̄ sunt vnici per se sit patet ad hoc habet tamen vnici ad quāz illos in sententiā Iason vng phisicis tendentis in potētia ipsa ad n̄ Chusitas /.

Sed vt veritas clarior illucescat aliqua argumenta contra predictam sententiam impresentiarum ponemus.

Arguitur primo quia si prima demonstratio in aliqua scientia causaret habitum scientificum illius scientie sequeretur quod secunda non faceret aliquid scire cum nihil noui causet et per consequens nō eēt demonstratio: cum demonstratio sit ex sententia Aristotelica si illogisim; faciens scire.

Secundo arguitur argumento Gregorij ariminensis in prologo sententiarum ponēdo per casum quod sint duo homines quorum vterque habeat habitum scientie geometrie: primus tamen eorum sciuerit decem demonstrationes decem conclusionū diuersarum: alter vero precise sciuerit vnā tunc argumentor sic: omnes forme eiusdem rationis et speciei sunt apte nate producere effectus eiusdem rationis sed per sic opinantem habitus geometrie in istis duobus hominibus sunt eiusdem rationis et speciei forme ergo producent similes operationes et per consequens ad tot conclusiones inclinat habitus secundi sicut habitus primi: quod tamen est contra sic opinantem et assumptum principale n̄ hac ratione probatur

Gregorij ariminensis.

Prim^{us} articulus prime questionis:

Comentator per auctoritatem comentatoris tertio celi co
mūto septuagesimo secundo.

Tertio arguitur argumento sa
tis aparenti quia cum eadem conclusio in di
uersis scientijs demonstratur vt patet de his
duabus terra est rotunda luna est eclipsabilis
que in astrologia et in philosophia natu
rali demonstrantur sequeretur quod si alicui
primo adduceretur demonstratio naturalis p
hans illas acquireret habitus ille talis qui si
mul esset tota scientia habitus astrologie et
habitus philosophie naturalis quod conse
quens repugnat comuni intelligentie omni
um consequentia tamen et eo comprobatur
quod illa conclusio equaliter pertinet ad vtram
que scientiam ergo assensus eius vel nullum ha
bitum causabit. vel qua ratione vnum causa
bit eadem alterum.

Quarto principaliter quia si illa
sententia est vera: sequeretur quod habens
habitum scientie respectu decem conclusio
num non posset obliuisci vnius conclusionis:
nisi simul omnium aliarum obliuisceretur quod
consequens est contra experientiam manife
stam: sequela tamen probatur nam non vide
tur ex quo fiat obliuio alicuius illarum con
clusionum nisi ex habitus deperditione qui
ad omnes illas inclinabat.

Diceret tamen aliquis quod il
lud esset propter amissionem respectus respectu
illius conclusionis et non ceterarum sed tunc
replicatur quia respectus non videtur desi
nere nisi propter fundamenti vel termini defi
nitionem vel quia non taliter se habeant sicut
et antea sed in tali casu in proposito manet fun
damentum: quod est habitus manet terminus
qui est conclusio illius respectus et videntur
se eodem modo habere sicut antea ergo res
ponso nulla.

Quinto arguitur quia sequere
tur secundum illam opinionem quod ille qui semel a
liqualiter intense sciuit aliquas conclusiones
non posset intensius nec perfectius illam
scire quia non videtur penes quid atten
datur illius scientie habite perfectio: quia
non per nouam demonstrationem cum illa ni
hil de nouo producat respectu illius conclusi
onis cum iam acquisitus fuit respectus per

demonstrationem precedentem non per int
ensionem illius habitus cum ille sit in sua essen
tia inuariabilis nisi forte diceret quod illud
contingit propter maiorem radicationem in
subiecto hoc est in ipso intellectu sed tunc peti
ta te ulterius a quo prouenit illa maior radica
tio in subiecto si dicas vt videtur aliqui tho
miste dicere quauis alijs thomistis non plas
cet quod illud prouenit propter aliud esse e
xistentie quod ille habitus acquirat esse suo
essentie manente inuariato de quo esse essen
tie etiam et esse existentie infra in libris pre
dicamentorum abunde bono auspice deo disse
retur.

Contra hanc responsionem esset
omnia argumenta que a nominalibus adducuntur
ad probandum quod esse essentie et esse
existentie non distinguuntur: quam questionem
auspice summo rerum opifice in libris pre
dicamentorum latissime disputabimus ob
idque in presentiarum quia non est ad propo
situm super sedemus.

Sexto et ultimo arguitur quia
sequeretur secundum hanc sententiam quod
in eodem subiecto duo habitus contrarii se
compaterentur probatur nam stat bene quod
aliquis habeat habitum scientificum geome
trie in ordine ad decem conclusiones modo
tamen ignorat et non solum ignorantia priuatiua sed
positiua quam errorem dicimus millesimam
illius scientie conclusionem et ita ille assensus
erroneus producat habitum in intellectu
qui quidem dicendus est contrarius alteri ha
bitui scientifico igitur in tentum assumptum
non alia ratione probari potest nisi experien
tia quotidiana qua illud ita fieri videmus.

Plurima alia argumenta afferri
possent que ab scoto aureolo Gregorio et ab
aliquibus thomistis fiunt sed breuitatis cau
sa pretermituntur cum ex solutione istorum
facile pateat solutio aliorum ideo nunc prop
ter doctrinam non vulgarem doctoris sancti
Henrici soluuntur rationes ordine quo pro
posite sunt ante quam solutiones argumen
torum ponantur adducitur similitudo que
datur thomistis in proposito adducta et est
sicut in potentia aliqua contingit esse dabi
lia plura obiecta specificice differentia que oia

ab una illa et eadem potentia in variata manente cognosci possunt sub aliqua ratione formalis omnibus illis obiectis comuni ut patet de potentia visiva que habet plura obiecta materialia scilicet omnia corpora vel colorata vel luminosa hoc tamen est in quantum illa obiecta materialia conveniunt in quadam ratione formali scilicet in ratione illuminati vel colorati vel visibilis nam non habemus nomen distincte significans illam rationem formalem ita pariformiter in aliqua scientia sunt plurima et varia obiecta materialia id est diverse conclusiones de diversis materiis per tractantes est tamen unica ratio formalis siue unum obiectum formale sub cuius ratione omnia per tractata in illa scientia considerantur a quo obiecto formali habitus scientificus in via sancti Thome unitatem capite et per consequens in uno intellectu non erit nisi unicus ipse tamen actus sciendi id est assensus evidentes et actuales conclusionum sunt multi in quacumque scientia nam diversiificantur ad diversitatem obiectorum materialium nota quod quilibet istorum assensuum vocabitur scientia actualis et per hoc solvetur prima ratio contra thomistas dices enim secundam demonstrationem licet non generet scientiam habituales producit tamen in anima scientiam actualem que est ipsum met scire unde ex mea sententia poneretur differentia inter scire et scientiam secundum ipsam opinionem nam scientia est habitus scire autem est actus et ita intelligitur auctoritas aristotelica scilicet demonstratio est illogisimus faciens scire id est est generans actum sciendi respectu alicuius conclusionis. et nota ulterius quod si deus suspenderet actiuitates prime demonstrationis in aliqua scientia nec produceret habitum nichilominus diceretur facere scire quam vis non produceret scientiam hoc est habitum scientificum.

Ad secundum argumentum brevissime respondebis admitendo casum et ad rationes distingues maiorem dicendo quod forme eiusdem speciei si sint cum similibus instrumentis et dispositionibus apte nate sunt producere effectus eiusdem rationis si vero fuerint cum diversitate instrumentorum non inveniunt postquam alie et alie

sunt dispositiones ad diversarum rationum effectus producendos aptitudinem habere nec esse formas eiusdem speciei impedit et sic poterunt aliquando cum diversitate instrumentorum et dispositionum habere in potentia propinqua effectus varios et rationis diverse exemplum familiare est de viro et femina nam sunt eiusdem speciei et forme essentialis foemine autem convenit aptitudo ad lac generandum et non viro ita similiter dices in casu argumenti quod in illis duobus hominibus habitus geometrie sunt eiusdem speciei primus tamen eorum habet aliqua instrumenta et dispositiones quibus secundus caret ista instrumenta erunt diversi habitus in complexu et diversi respectus vel aliud esse existencie.

Ad tertium respondetur quod quia eadem conclusio in duabus scientiis demonstratur illud est per diversa media et varias demonstrationes et per consequens si illa conclusio demonstraretur per rationes astrologicam generabitur habitus astrologicus si vero per rationem philosophicam produceretur habitus philosophie naturalis et nota bis in hoc quod in una quaque scientia mediate vel in mediate formaliter vel equivalenter realiter vel reductiue omnes probationes includere in se ipsis obiectum formale illius scientie quod unicum esse predicimus.

Ad quartum dicitur quod obliuio alicuius conclusionis non fit propter deperditionem habitus complexi sed in complexu et non propter amissionem respectus.

Ad quintum respondetur quod bene potest aliquis qui semel aliquo modo intense sciuit aliquam conclusionem perfectius illam scire primo propter intensiorem habitum in complexu qui ex noticiis extremis illius conclusionis in intellectu derelicti sunt et secundo propter maiorem radicatiorem ipsius habitus complexi in anima que radicatio unde fiat non est presentis speculationis inquirere nam in hoc thomiste non sunt conformes.

Ad sextum ultimum responde

Sanctus thomas.

si habent similes tendentis in aspectu quibus adiantibus habitus in inclinatio

Aristoteles.

Prim^o articulo^o prime questionis.

tur quod datus duob^{us} habitib^{us} quorum primus est in potencia remota et non propinqua in ordine ad assensum actualē ynius conclusionis et secundus est in actu et potentia propinqua in ordine ad assensum actualē conclusionis contradictorie illi tales habitus non sunt dicendi habitus contrarij sed bene esset contrarij si uterq^{ue} eorū esset in actu et potentia propinqua quod non contingit in ratione argumenti.

Ex istis solutionibus facile solues argumenta aliaque afferri possunt sed tamē ista opinio relictā in presēti opinio scoti et nominalium defensabitur affirmantiū scientiam ipsam totalem non esse unicum habitum totalem et ut opinio scoti declaretur ponitur distinctio galteri burlei et certe bona pro opinione scoti.

Scilicet logica capitur tripliciter primo modo pro aliquo in comuni quod istiet illi et alij logice comunicatur si petas quod sit istud commune respōdetur secundum nominales quod est conceptus communis in aīa existens oēs logicas significans et de qualibet predicabilis secundum vero scotistas erit natura communis logice si in istis sit ponēda natura cōis idēptificata realiter eadem quantum est ex parte sua cū plurib^{us} logicis particularibus distincta tamē realiter ad distinctionem singularium propter diversas hecēitates logicales que in diversis logicis in diuiduis reperiuntur secundo modo capitur logica pro habitu ynius precise conclusio nis et iste sunt multi s^{ed} quod multe conclusiones in illa scientia de mōstrantur et in hoc bene conueniunt scotiste cum nominalibus.

Tertio modo capitur logica collectiue pro aggregatione omnium habituum logicalium et hoc modo logica non est vnica res nec vnicus habitus et per consequens nihil est sed est aliqua et plures res et plures habitus que inter se habent vnitates ordinis in quātum omnia ordinant^{ur} in cognitionē subiecti attributionis illius scientie gratia exempli argumentationis poteris adducere exemplū de hac vnitare de regno quod dicitur vnum ratione ynius principis et regis sunt tamē in regno proceres multi aulici ciues opi

dani rucicole et pastores similiter exemplū erit de exercitu q^{ui} dicitur vnus ab vnico imperatore et duce sub quo tamē sunt inferiores duces vexilliferi catafrati expediti equites pedites balistarij tormentarij et similes ponēs igitur tres conclusiones secundū scotistas.

Prima conclusio logica primo modo accepta non est scientia sed est quoddam genus commune cuilibet scientie que logica dicitur similiter dices in via nominalium q^{ui} est vel terminus vel conceptus quidā cōis.

Secunda cōclusio logica secundo modo est scientia non totalis sed partialis et aliquā poterit esse opinio si per aliquā rationē probabilem et topicam conclusio aliqua inlogica pbetur quod multotiens contingit poterit tamē aliquā talis logica esse si des si alicui cōclusioni in logica assentiamur non propter rationem probabilem nec propter demonstrationem sed propter solam auctoritatem dicentis ut quicq^{ue} poterit esse in discipulo propter magistri auctoritatē et in hac conclusione etiaz conuenit scotus cum nominalibus.

Secunda conclusio logica tertio modo capta cap^{itur} collectiue pro collectio ne omnium habituum propter assensum actualē conclusionum logicalium derelictorum et ita est multitudo plurium habentium ordinem ad aliquid precipuum et primum in illa scientia quod subiectum attributionis illius scientie nuncupatur subiectū inquam non in quo sed circa quod; naz intellectus est subiectū in quo cuius libet scientie quod postea disputabitur.

Ex istis sequuntur aliq^{ue} distinctiones in hac materia satis vulgate prima iste terminus logica capitur dupliciter vno modo collectiue alio modo non collectiue q^{ui} sit logica collectiue capiēdo et quid non collectiue patet ex conclusionibus.

Secunda duplex est logica que dam est actualis q^{ui} daz est habitualis actualis est ipse assensus habitualis est habit^{us} derelictus ex assensu.

Tertia distinctio actualis assensus cōclusionis logice potest esse in triplici differētia nam aliquis erit scientificus alter o^{mnis}

Scotus.
Galterius.
Burleus.

plu
plu
con
dic
all
con
pe
con
m
m
m

scotus dicitur sine

pinatiu⁹ et alter creditiu⁹ et ita triplex erit logica. logica que est scientia et logica que est fides et logica que est opinio et iste tres distinctioes d^o qualibet scientia mundi fieri possunt.

¶ Sed ut ista clari⁹ pateant aliqua sunt alius repetenda scilicet q^d duplex est noticia scilicet complexa et in complexa duplex est iterum complexa scilicet p^opositionalis et n^o p^opositionalis atq³ iteru⁹ duplex est noticia complexa p^opositionalis scilicet ap^oprehensua tantum et ap^oprehensua simul et adde sua sub ap^oprehensua tantum non in telligo vt gregorius arminensis non vltimatam p^oscise s^z etiam intelligo vltimatam mentalem quas fo re ap^oprehensuas tantum aliqui experientia c^o probatur ponendo tres homines prim⁹ ignoret penitus latinum secundus sciat latinum nesciat tamen aliquam scientiam tertius vero vltra secundum sciat scientias proferatur tunc coram eis aliqua conclusio geometrica gratia exempli ista oes anguli contrasepositi sunt equales primus formauit non vltimatam tertiorum noticiam secundus vero p^oter non vltimatam formauit vltimatam mentalem ap^oprehensiuam tantum tertius vero sciens geometriam p^oter has duas m^otales p^odictorum formabit tertiam que noticia iudicatiua dicitur et assensus vnde est vterius notandus quod assensus d^o aliqua p^opositione vel d^o significato eiusdem dupliciter contingere potest vno modo p^oter solam extremorum noticiam et terminoz illius p^opositionis et iste vocatur assensus ide p^opositione per se nota vt est illud quodlibet ens est vel non est omne totum est maius sua parte alio modo potest haberi assensus alii cuius p^opositionis n^o p^oter solam terminorum noticiam s^z p^oter aliqd aliud et hoc potest esse tripliciter vel p^oter experientiam vel p^oter auctoritates vel p^oter rationes ille assensus habet p^oter experientiam q^z mediante cognitione intuitiua intuemur rem taliter se habere sicut p^opositio significat vel in vno singulari vel in pluribus vt istius omnis ignis est califaciuus omne reubarbarum est purgatiuum colere omnis repletio est mala pessima vero panis et isti tales assensus habentur plurimum in philosophia naturali medicina alio modo habetur assensus p^oter auctoritatem alicuius illud assentis et iste potest diuidi secundum quod

duplex e auctoritas diuina scilicet et humana et vterq³ eorum vocatur fides vel credulitas et nullam c^oinet in se euidenciam bene tamen firmitatem tertio potest esse assensus aliquis p^oter rationem et iste tripliciter variari potest secundus quod triplex est ratio scilicet ratio demonstratiua ratio probabilis et ratio falsigrapha prima ratio generat assensum scientificum qui vocatur scientia qui hoc modo diffinitur.

¶ Scientia est assensus veri et necessarii firmus et euidentis causatus ex assensibus p^omissarum euidentium in discursu syllogistico.

¶ Ponitur in hac diffinitione assensus loco generis q^z noticia in complexa et noticia complexa ap^oprehensua tantum n^o dicitur scientia.

¶ Dicitur veri ad excludendum errorem et ignorantiam p^oue dispositionis.

¶ Dicitur necessaria ad excludendum assensus p^opositionu⁹ contingentiu⁹ que quauis sint euidentes aliqui summa euidentia n^o tamen assensus earum dicitur scientia vt assensus huius qua quis iudicat de semetipso ego sum firmus ad differentiam opinionis que bene potest esse de p^opositione necessaria est tamen cum formidine et per consequens infirmus que sit illa formido an ipsemet assensus an passio consequens assensum in posterio⁹ bus est videndum.

¶ Dicitur vterius euidentis ad excludendum fidem que licet possit esse assensus firmus veri et necessarii est tamen in euidentis q^z non causatur ex ratione cogente ipsum intellectum ad assentiendum illi sed ex libertate voluntatis vnde fides ex sententia vgonis dicitur esse infra scientiam et supra opinionem p^oscipue habita ex reuelatione diuina cui assentiendo neminem falli est possibile.

¶ Dicitur vterius causatus ex assensibus p^omissarum ad differentiam assensus principiorum q^z causatur ex noticiis extremorum vel ex intuitiua noticia ipsius rei. i. per experientiam.

Ex istis sequitur diffinitio p^opositionis scibilis scilicet p^opositio scibilis est p^opositio necessaria dubitabilis apta nata

Gregorius.

Nata.

hic tangitur duplex modus d^o p^oter nam aliquid dicitur q^d obicitur assensus e secundum modum d^o p^oter t^o est illud quodlibet ens est vel non est omne totum est maius sua parte alio modo potest haberi assensus alii cuius p^opositionis n^o p^oter solam terminorum noticiam s^z p^oter aliqd aliud et hoc potest esse tripliciter vel p^oter experientiam vel p^oter auctoritates vel p^oter rationes ille assensus habet p^oter experientiam q^z mediante cognitione intuitiua intuemur rem taliter se habere sicut p^opositio significat vel in vno singulari vel in pluribus vt istius omnis ignis est califaciuus omne reubarbarum est purgatiuum colere omnis repletio est mala pessima vero panis et isti tales assensus habentur plurimum in philosophia naturali medicina alio modo habetur assensus p^oter auctoritatem alicuius illud assentis et iste potest diuidi secundum quod

Ugo.

fine.

Primi articuli prime questionis.

fieri evidens, per premissas evidentes applicatas ad ipsam in discursu syllogistico.

Patet etiam ulterius quod in proposito non diffinitur scientia ipsius dei sed scientia creata et non omnis scientia creata quod non infusa sed acquisita.

Est tamen dubitatio tenendo quod angeli acquirant scientiam sine discursu et ceteri similiter beati an predicta diffinitio conveniat scientie illorum respondebis quod sic et quod in eis est discursus non temporis successione sed prioritate nature ut scotiste loquuntur nam de ratione discursus nihil aliud est nisi quod unum extremum illius id est premise prioritate nature et non temporis sit notius altero extremo discursus scilicet conclusione et non prioritate temporis id est quod sciant hoc per hoc non tamen hoc post hoc.

Alia est ratio tropica seu probabilis et illa est generativa assensus opinativi hoc est opinionis que potest esse et veri et falsi necessarij et contingentijs et habet annexam formidinem ut predictum est alia est ratio falsi grapha seu sophistica que vel peccat in forma hoc est in concludendo vel peccat in materia hoc est in assumptione falsi vel peccat in utroque et talis ratio vocatur fallacia quod est idoneitas decipiendi et ista ratio promatori parte est generativa erroris qui nihil aliud est quam assensus firmus false propositionis aliter esse quod est significativum quod ultimum non additur sine ratione propter assensus huius hec est falsa que se demonstrat cui in sic assentiendo homo non errat nec fallitur.

No tandem est preterea pro declaratione cuiusdam dicti Aristotelici dicentis in libris ethicorum quod quinque sunt habitus intellectuales quibus non contingit falso assentire quod duplex est habitus in intellectu scilicet infusus et acquisitus triplex potest esse acquisitus scilicet aliquis quo indifferenter possimus vel falso vel vero assentire et iste vocabitur opinio vel fides humana secundus est quo non contingit vero assentire sed semper falso et iste vocabitur error et ignorantia prave dispositionis seu positiva.

Animadvertas tamen quod in convenit successive mediante eodem habitu intellectus assentire vero et falso quibus scilicet habi

tus ille causatus est ex assensu propositionis contingentijs veritabilis de veritate in falsitate et contra ipso assentiente manente cum assensu quod additur propter has propositiones aliqua qualitas est aliquod iudicium est aliqua propositio materialis est et similes.

Tertius est habitus intellectus quo ex sententia Aristotelica non contingit falso assentire scilicet intellectus scientia prudentia et ars in quo notabis Aristotelem non cognovisse fidem divinam nam fides divina etiam acquisita est habitus intellectus productus propter assensum habituum propter divinam revelationem et illo mediante non contingit aliquem falso assentire.

Alterius etiam notabis quod ab aliquibus assignatur sufficienter illorum quinque habituum hoc modo nam talis habitus vel est de necessarijs, vel de contingentijs si de necessarijs vel est circa principia vel circa conclusiones vel circa utrumque si circa principia vocatur intellectus eodem nomine quo et potentia ipsa quod videtur quod ad illis principiis assentiendum potentia ipsa non multa requirat imo ex se sit promptissima ad illis assentiendum quod cognitio terminis immediate cognoscitur propter quod aliqui dixerunt ut Buridanus recitat quod ex actu assentiendi principis per se notis non causatur in anima habitus quia videtur quod non adveniat nova promptitudo propter quod affirmavit sanctus doctor dari quosdam habitus connaturales ipsi anime ad assentiendum primis principiis moralibus et intellectualibus scilicet illis donec malus est fugiendum quodlibet est vel non est et similes.

Si vero talis habitus sit circa conclusiones vocatur scientia que est habitus ex actuali scientia que diffinita est progenitus si vero sit simul circa principia et circa conclusiones vocatur sapientia que est habitus unus virtualiter continens duos praticos cum inclinet ad assentiendum unico assensu illis quibus predicti divini inclinabant et hoc est secundum Scotum nam alij dicunt quod sapientia non est unicus habitus sed duo habitus pratici sed melior est sententia scoti.

Si tamen illi habitus sunt circa contingentijs stat dupliciter vel circa agibilia vel circa factibilia si circa agibilia vocatur pru

*sed dicitur quod sapientia actualis est assensus
premissarum et veritatis et veritatis / sed veritatis
propter premissas.*

Scotus.

Aristoteles.

Buridanus.

Sanctus
Thomus.

Aristoteles.

Scotus.

dēcia si vero sit circa factibilia vocatur ars agibilia enim dicuntur in proposito que cessant cessante operatione agentis et non trāseunt in materiam exteriorē ut sunt volitiones et intelecciones.

Factibilia vero dicuntur ea que non cessant cessante operatione sed in exteriorē materiam trāseunt de quibus sunt omnes artes mecanice que hoc dicarmino continentur lana nemus miles navigatio lex medicina his ars fabrilis connumeranda venit unde ars est recta ratio rerum a nobis factibilium, prudentia vero est recta ratio rerum a nobis agibilium: et sic est finis primi articuli questionis.

Secundus articulus.

prime quistionis.

Secundus articulus in quo ponenda sunt dubia et dissoluenda.

Primum dubium an aliquis habitus possit inclinare potentiam ad dissimiles actus et alterius speciei ab illis ex quibus genitus est.

Secundum dubium an ex unico actu producat habitus.

Tertium dubium quo modo habitus corrūpatur an scilicet per solam cessationem ab actu.

Quartum dubium an inclinatio habitus distingatur ab habitu.

Quintum dubium quomodo distingantur logica naturalis et logica artificialis et logica vsualis.

Sextum et vltimū aquo aliqua scientia dicatur vna et capiat vnitatem.

Ad primum dubium respondeatur q̄ quānis opinio iaz comunissima sit q̄ habitus solū inclinēt ad actus similes et eiusdē speciei cum illis ex quibus p̄ductus fuit nos tamē cū magistro nostro Bonifacio oīum bonarū litterarum signifero audacter asserimus q̄ aliquis habitus inclinare potest aliquū ad operationes diuerse speciei ab illis ex quibus genitus fuit non tamē negamus inclinationē ad actus eiusdem speciei secūda pars uota est ex comuni opinione prima tamē q̄ est cōtra comunē sententiā p̄batur quadruplici ratione.

Prima ratio habitus genitus ex notitia intuitiua inclināt ad cognitionē abstractiuā cum ille qui intuitus est rem ipsam promptius multoq̄ facilius abstractiuam eiusdem rei formare potest.

Secunda ratio forte ad hoc ex opinione.

Obiam quod notitia intuitiua non producit habitum et per consequens nichil concludit ratio responsio hec refellitur et ratione et experientia q̄ tunc sequeretur q̄ esset aliquis actus et operatio alicuius potentie habituabilis. i. ipsius anime non tamē in ea produceret habitū q̄ s̄concedas quā nō sit maior ratio de vno quā de alio das probabilitatē negādi oēs habitus quod est tamē contra ipsum Obiam.

Tunc secundo experientia competentum est quod distinctius et clarius et facilius ille cognoscit rem aliquā qui eam pluries est intuitus quam ille qui semel nunc eam primo in tuetur quod facile p̄batur de visione picture alicuius variegatissime.

Secūda ratio ad principale propositum habitus noticie ap̄hēsiue tantū inclinat intellectum ad actus assentiendi nam expeditiū multo et magis facilius ille assentit alicui propōi qui eam multotiens ap̄hēndit q̄ ille qui nunc primo ap̄hēsiuā noticiā illi propōi cor̄spondentem format et hec ratio est satis pōderanda nisi diceret quod licet assensus sit operatio alterius speciei ab ap̄hēnsione pura hoc autē non est inquantū talis assensus est ap̄hēnsio sed hoc nihil est q̄ non solum inclināt ad assensum in quātū talis assensus est ap̄hēnsio sed etiam inquantū est ad hēsiō et iudiciū.

Tertia ratio habitus genitus ex actu assentiendi antecedenti inclināt ad actū assentiendi consequēti nam facilius multo et promptius ille adheret cōseqenti qui pluries addehit antecedēti q̄ ille qui nunc primo adheret antecedēti et tamē stat assensum antecedētis et assensum consequētis specificē distīguū quānis hoc nō sit semper necessarium qd̄ illud aliquū cōtingat patet clare si antecedēs sit negatiuum et consequens sit affirmatiuum vel si antecedens est vniuersale et consequēs particulare vel si assēs sit p̄p̄hētici et assēs sit categorici vel eōtra in pluribus alijs nisi aliq̄s teneret in p̄sentia opinione extra

Obiam. unde ipse dicit q̄ notitia intuitiua p̄ abstrahit. et a prima p̄ducitne sed non ab in tu imo q̄ se dicit ad hoc nego q̄ in ratione q̄ in cum requirit p̄sens et habitus p̄dest. p̄ q̄ tenent et p̄. e q̄ obiectum autem in omni tu ip̄sa notitia dicitur q̄ obiectum p̄fectum q̄ habitus.

posset dicitur in inuione: q̄ ad nego q̄ magis habitus mouet p̄rior q̄ mouet iudicium sed ea iudicium in iudicium ca alio habitus

Ad q̄ hunc vnum notā h̄c p̄ dicitur

Bonifacius.



affinitas p[ro]p[ri]a quodam m[od]o
tres qualitates p[ro]ducit vna qualitas in se
t[er]tia et illud q[uo]d contra eam dispositio est a se
est pars istius habitus / et quod illi applicat est
demere s. t[er]tio et illa qua[m]vis sequitur illud
magis caliditate p[ro]p[ri]a a h[ab]itu et a h[ab]itu excellenti

Secundus articulus prime questionis.

Nogarola.

neam eiusdem itali vocati de nogarola qui as-
firmat omnes actus voluntatis inter se esse
eiusdem speciei quorum quilibet est volitio
et omnes esse eiusdem speciei quorum quilibet
est nolitio distinguntur tamen specificiter vo-
litio et nolitio ita etiam dicere t[er]t[er] consequenter
de actibus intellectus scilicet d[omi]ni assensu et dis-
sensu cum videatur se habere eodem modo in
intellectu sicut volitio et nolitio in voluntate s[ed]
hec responsio incidit in scyllas cupiens vitare
caribdim.

Quarta et ultima ratio videtur
in actibus voluntatis q[uo]d habitus genitus ex
amore alicuius rei in presentia q[uo]d amor com-
placētia vocatur inclinatur ad amorem eiusdem
rei in absentia qui amor desiderium nuncupa-
tur et tamen illi amores sunt diversarius spe-
cierum. q[uo]d hoc ita contingat unusquisq[ue] nisi
sit penitus illuminis et exoculatus experien-
tia monstrante cognoscat.

Poterit dari responsio ad hanc
rationem et simul ad oēs tres precedentes q[uo]d
bene conceditur quod habitus aliqui inclinatur
ad operationes alterius speciei semper tamē
sunt operationes eiusdem potentie unde q[uo]d
dicitur q[uo]d habitus inclinatur ad similes actus ex
quibus genitus est intelligitur q[uo]d inclinatur ad
actus eiusdem potentie ex cuius actibus pro-
ductus fuit.

Sed contra hoc replicatur nam
habitus existens in intellectu productus ex a-
ctibus agnoscendi illa res inclinatur ad facili-
et promptius amandum vel odiendum illam res
promptius. n. diligit q[uo]d pluries cognovit bonum
quam ille qui semel similiter facili-
odiam habet malum ille qui pluries cognovit quam ille q[uo]d
semel idē similiter probari potest de sensu et
intellectu promptius enis et facilius intelle-
ctus intelligit obiectum quod pluries per sen-
sum cognitum est quam illud q[uo]d semel.

Sed ad hoc dicere posses quod
voluntas et intellectus et similiter sensus et
menti. Ad quam respondeo per tres conclusi-
ones. Prima nulli enti siue creato sine increa-
to repugnat ratione sue simplicitatis esse in
genere: quia multa sunt in genere in quibus
nulla compositio reperitur: vt intelligentia in
quibus si esset compositio vel esset ex duabus
partibus intrinsece essentialiter et differenti-
bus realiter: vel ex duabus realitatibus reali-
ter idēptificatis distinctie tamen formaliter
vel esset in illis intelligentiis cōpositio et mul-
tiplicitas esse et essentie: quia non videtur ali-
us modus imaginandi.

¶ Primum potest dupliciter intelli-
gi vno modo vt intellexit Auinebrō in libro
fontis vite vt recitat. d. sanctus prima parte

Auinebrō

questione. I articulo secundo scilicet quod angelus et hec corporalia erant composita ex materia eiusdem rationis: cui⁹ ratio erat: quia in substantia incorporea intellectus apprehendit aliquid per quod distinguitur a substantia corporea et aliquid per quod cum ea convenit ergo illud per quod differt substantia corporea ab incorporea erit ei quasi forma et illud quod subicitur huic forme distinguenti quasi commune sit materia eius et propter hoc ponit quod eadem est materia eiusdem rationis spiritualium et corporalium et ulterius dicit quod forma incorporea substantie spiritualis sic est impressa in materia spiritualium sicut forma que est quantitatis est impressa in materia corporalium: hic modus dicendi est omnino irrationalis nam non videtur imaginabile qualiter in illa materia que nunc est alicuius angeli possit recipi forma diuisibilis quantitatis quia illa sit indivisibilis et si essent eiusdem rationis possent in ea recipi quantitates et ideo hec opinio nunc a nemine defenditur.

Potest tamen alio modo illud intelligi scilicet quod materia rerum spiritualium non esset eiusdem rationis cum materia rerum corporalium: ita quod deus in principio creaverit duas materias primas specificiter differentes: et ex una earum fuerint distincte species angelorum constitute per diversas formas essentialiter: sed tunc esset difficultas multiplex. Prima an anime humane sint similiter et duabus rebus constitute. Secunda an illa forma angeli sit separabilis a sua materia et an materia unius angeli sit in potentia ad formam alterius angeli et eam appetat ut contingit in istis rebus corruptibilibus.

Preterea quero vel forma angeli sit composita vel sit omnino simplex. Si secundum cum sit substantia sequitur quod ponetur in predicamento substantie aliquid omnino simplex quod ipsi pro inconuenienti habent. Si primum quero ex quibus componitur: et sint illa, a, et, b, tunc vel quodlibet istorum est omnino simplex vel compositum: si primum quum quodlibet istorum sit substantia quia per aristotelem ex non substantiis non fit substantia: sequitur quod ponetur in predicamento substantie aliquid omnino simplex: si quodlibet eorum sit compositum: tunc vel de his statum in aliquo vel procedetur in infinitum

in compositione ipsorum angelorum: quod fortassis aliqui non reputarent pro inconuenienti.

Sed ad hoc qui oppositum sustineret diceret probabiliter angelum esse compositum ex duabus partibus una tanquam potenti et altera tanquam formali que realiter inter se distinguuntur et quelibet illarum partium esset omnino simplex intrinsicè sufficit tamen quod sit componibilis cum alia id est quod ex ea et aliquo alio fiat unum compositum: et ita quod ponetur in predicamento vel è intrinsicè compositum vel cum altero componibile: quod utrunque ipsi deo repugnat propter suam perfectionem.

Hec debet in proposito admitti solutio aliquorum dicentium: partem speciei alicuius non poni per se in predicamento nisi reductiue: quia eque bene ipse forme inter se conueniunt essentialiter vel in aliqua natura illis comunicabili secundum reales vel se ipsis a quibus abstrahibilis conceptus aliquis vel genericus vel specificus secundum nominales qui directe ponetur in aliquo predicamento ergo non reductiue.

Secundus modus compositionis angelice ex duabus realitatibus realiter idèntificatis distinctis tamen formaliter, qui est scoti non videtur etiam nominaliter multum verisimilis: quia penes quodammodo de illa distinctio formalis ex natura rei: non penes predicata contradictoria que de illis verificarentur: quia tunc de una re singulari ubi fides non cogit admitterem⁹ verificationem contradictoriorum predicamentorum: quod etiam in ipsa trinitate non admitti debet de predicatis plene contradictoriis ergo nec similiter in opposito: quia ad illam syllogismum expositiuius quod responderet. scilicet hec eccitas est hec angeleitas et hec angeleitas est pluribus comunicabilis ergo hec eccitas est pluribus comunicabilis si distiguas penes quod includat in li comunicabilis nihil est dictu quod aliter illa predicata non sunt plene contradictoria et sic nunquam contradictoria predicantur de eadem re si sit plena contradictio.

Item quando dicitur ab scotistis quod angeleitas est quantum ex parte sua pluribus comunicabilis et michaelitas non est quantum ex parte sua pluribus comunicabilis: ergo de his predicantur predicata contradictoria ergo seclusa operatione intellectus ibi erit aliqua distinctio ex natura rei et non realis er

*et p. q. nihil co
re bono*

*ad hunc modum
scoti non videtur
e poss aut
phas id no
in predicam
dicitur*

*hoc idem fuit
sed sufficit
aliquo modo
indivisione*



apud ibidem reperem aut hanc
p[ro]p[ri]etate deo habebit magis
vegetativa & p[ro]p[ri]a aliq[ua] et alia

Secundus articulus secunde questionis.

formis proprie
minab[il]is ad 2er

ergo erit formalis: quod est intentum (non acci-
punt ipsi predicata contradictoria quia si ly
ex parte sua non facit relationem de eodem et
li comunicabilis non includit, utrobique idem
substantium: et si utrobique li comunicabilis in-
cludat idem substantium et ly sua de eodem
faciat relationem tunc erunt illa duo predica-
ta plene contradictoria et tunc vel utraq[ue] pro-
positio erit vera vel utraq[ue] falsa et sic fundame-
tum eorum nullum est.

Tertius modus compositionis
angelice scilicet ex esse et essentia qui est sancti
Thome similiter impugnabitur a nominali-
bus: quia quero esse ipsius angeli quod distin-
guitur realiter ab essentia angeli vel est substā-
tia vel accidens: si accidens ergo substantia ha-
bet esse per aliquod accidens quod non videri-
tur philosophice dictum: et similiter sic essen-
tia ipsius angeli que distinguitur realiter ab
esse ipsius angeli intrinsicē esse composita et
tamen esset in predicamento.

Si vero dicatur quod esse ipsius
angeli est substantia: ergo vel est omnis simplex
intrinsicē vel non: si non ergo erit substantia
composita et tunc queram ex quibus compo-
nitur ut antea arguendo contra aliam opinio-
nem querebam: si dicatur simplex omnino. i.
est in predicamento vel non. Non est dicendum quod
non quia omnis substantia creata claudit in
limites predicamenti: si sic habeo intentum
quod aliquid omnino simplex ponitur in pre-
dicamento de hac opinione quia disputanda
est succinte in quodam dubio ad presens su-
persedeo.

Darfilius.

Fuit quidam modus opinandi
quem recitat Darfilius libro primo de gene-
ratione questione sexta articulo primo quod
secundum subordinationem predicatorum qui-
dativorum fit in aliqua re subordinatio for-
marum essentialium et substantialitas et forma
correspondens predicato communiori habet se
per modum materie et respectu forme minus
communis predicato quidditativo sequenti
correspondentis et quod solum est una forma
specificā correspondens ultimatō predicato
quidditativo puta speciei specialissime de qua
talitudo res et ista ultima forma est actus ultima-
tus: reliqua autem sunt in potentia respectu ip-
sius: contra quam infert Darfilius quod in

eodem composito ex hoc sequeretur quod essent
tres forme vegetative et plures sensitivae quod
est falsum probationem vide ibidem quia hec
sunt metaphisicalia volens ea longius vide-
re videat paulum cocinatem libro. xx. metap-
hysice.

Paulus
cinas.

Tertia conclusio inter Ocham pa-
tristricum et Gregorium principium eo-
rumdem varia est sententia: an deus in predi-
camento ponatur: nam Ocham libro primo
sententiarum distinctione octava questione pri-
ma prelegato dicit in ratione ad questionem
in tertio dicto quod deus non est in genere et
immediate subdit hoc tamen est difficile proba-
re verum tamen persuadeo magis per viam na-
rrationis quam per viam probationis: quia
omnia que sunt in genere habent certam pro-
portionem et perfectionem inter se: sed deus
in infinitum excedit omne aliud ergo in nullo
genere est cum quocumque alio ab eo.

**Et hec ratio potest poni alio mo-
do** apparentiori scilicet supponendo primo non
esse aliquem conceptum absolutum aliquorum
aliqua qualiter convenientium essentialiter quan-
do similiter conveniat alicui alio quod cum a-
liquo precedentium tantum vel magis con-
veniat. Hoc supposito arguo sic: si deus esset
in predicamento contineretur sub aliquo ge-
nere subalterno illius predicamenti: quod si
concedatur consequenter sit tale genus spe-
cies quod sit commune deo et substantiis spiri-
tualibus. Tunc arguo sic magis essentialiter
convenit angelus cum leone quam cum deo:
ergo ille conceptus spiritus non poterit esse
communis deo et angelo nisi sit communis an-
gelo et leoni per suppositionem: sed non est co-
munis angelo et leoni ut liquet: ergo nec deo
et angelo et per consequens maledicatur quod
distinet deus sub tali genere assumptum probatur
quia inter angelum et leonem est minor distan-
tia in essentia ergo maior convenientia essen-
tialis.

Preterea si deus contineretur in
aliquo predicamento sequeretur quod aliqd
esset in deo cui nobis responderet vel in a-
liqua creatura aliquid eiusdem rationis et p[er]
consequens eiusdem perfectionis essentialis:
quod non videtur dicendum quia in deo om-
nia sunt formaliter infinita in nobis vero fini-
ta in perfectione.

sententia
Grego

Preterea si deus esset in predicamento contineretur in aliqua specie specialissima illius predicamenti; gratia exempli in aliqua specie specialissima predicamenti substantie, illa species sit. a. vel in illa specie contineretur aliud individuum reale preter deum vel non. Non primum quia hoc est hereticum scilicet quod sit aliquod individuum preter deum eiusdem speciei specialissime cum deo. Si secundum ergo dabitur species: cui impossibile est plusquam unum individuum correspondere et per consequens remouebitur aptitudo ad predicari de pluribus et sic non erit species.

Vel si dicas quod essentia diuina est species ad tres personas non poteris sustinere: quia est contra sanam doctrinam et auctoritates sacrorum doctorum et precipue augustini libro septimo de trinitate: capitulo sexto ubi nititur probare quod essentia non est genus et tres persone species, nec essentia est species et tres persone individua: quia tunc diceremus tres personas esse tres substantias sicut dicimus tres equos tria animalia: et sicut dicimus habraam isac et iacob tria individua et tres homines, ergo sicut dicimus tres personas ita diceremus tres essentias vel tres substantias quod tamen fides vetat et hanc eandem rationem, affert magister sen. libro primo distinctione, xix, ad idem. Ex quo sequitur corollarium quod dicitur martini de magister in predicabilibus habet ortum ex sen. augustini dicit enim martinus quod ad hoc quod aliquid sit vniuersale opus est quod predicetur de illis in plurali de quibus predicatur in singulari.

Tertia conclusio in qua continetur sententia Gregorii ariminensis ita dicitur primo sententiarum distinctione octaua questionione tertia quia aliquando dicimus aliquam rem que non est signum vel predicabile alicuius predicamenti esse in predicamento aliquando etiam dicimus predicabile aliquod esse in predicamento, ideo primo proba quod res importata per hoc nomen deus vere est in predicamento substantie. Secundo proba quod predicabilia quaedam vere et proprie de deo dicta sunt in predicamento.

Primum probatur a Gregorio longa ratione cuius summa est que sequitur.

Quia quod predicatur in quid de pronomine demonstrante rem aliquam et de pronomine demonstrante aliquam aliam rem specie distinctam a b illa nec tamen sic predicatur de quolibet est genus illius rei et illa res est in genere illo et per consequens in predicamento ubi est illud genus sed hoc nomen spiritus vere predicatur de deo et de pronomine demonstrante angelum igitur intentum maior supponitur ex diffinitione generis: minor probatur nam hoc nomen spiritus vere predicatur de deo vt habetur Joanne Quarto spiritus est deus et ita vere predicabitur demonstrando deum hoc est spiritus et hoc etiam inquit vnde interroganti quod est hoc bene respondet spiritus non autem si interroget quale est hoc vel secundum aliud predicamentum. Et similiter constat ex scripturis quod hoc nomen spiritus verificatur de angelis per psalmum qui facit angelos suos spiritus et per consimilem rationem predicabitur de illis inquit.

Forte autem diceretur quod hoc nomen spiritus licet predicetur de deo et angelo non tamen dicitur de eis secundum vnam rationem.

Contra hoc dicit Gregorius quod hoc est ad placitum et sine ratione: quia autem ut intelligitur quod non dicatur de eis secundum vnam rationem specialissimam et hoc verum est sed hoc non impedit quin sit genus licet impediatur ipsum esse species specialissimam. Aut intelligitur de ratione in generali et hoc est falsum. Nam secundum vnam rationem generalem huic nomini conuertibilem vniuersaliter dicitur de deo et de substantia spirituali siue enim diffiniatur spiritus quod est substantia incorporea et in materialis sine alia diffinitione: illa diffinitio tam deo quam angelis erit comunis: quod si hoc proteruiter negetur simili modo negari poterit substantiam dici secundum vnam rationem de corporea et incorporea: nam non videtur que ratio ad illud probandum afferri posset.

Huic rationi Gregorii diceret aliquis probabiliter vel quod dictum fuit in solutione precedenti vel quod admissio quod ly spiritus dicatur inquit de deo et substantiis spiritualibus non tamen est genus quia transcendentibus pre dicamenti quum deus non dicatur substantia sed super substantiam ad modum loquendi

Gregorius

ulus
18.

Magister.
sententiarum.

magister in predicabilibus
habet ortum ex sen.
augustini dicit enim martinus
quod ad hoc quod aliquid sit
vniuersale opus est quod
predicetur de illis in plurali
de quibus predicatur in
singulari.

Gregorius.

Gregorius.

Secundus articulus secunde questionis.

Augustinus Dionisi: hoc etiam videtur dicere sanctus augustinus libro septimo de trinitate capitulo quinto dicens manifestum est deum abusive substantiam vocari ut nomine vltimiori intelligatur essentia quod vere et proprie dicitur: ita ut fortasse solum deum dici oporteat essentiam est enim vere solus qui incommutabilis est idque nomen suum famulo suo moysi enuntiavit cui ait exodi tertio ego sum qui sum et dices a deo qui est misit me ad vos.

Sed hec saluo meliori iudicio. Tangit questionem arduissimam metaphysice considerationis. scilicet de esse prime substantie. scilicet si an sit eiusdem rationis cum esse creaturarum. vel potius est difficultas de vocabulo: nam si substantia poterit capi tripliciter primo modo pro re que subsistat aliis et in hoc sensu videtur negare Augustinus deum esse substantiam ut ex eodem capitulo patet dicit enim deus autem si subsistit ut substantia proprie dici possit: in est in eo aliquid tanquam in subiecto et secundo modo capitur substantia ut sit terminus commutabilis cum si essentia et sic est terminus transcendens et hoc modo possumus dicere substantiam albedinis esse aliam a substantia nigredinis. tertio et vltimo modo capitur ut est genus generalissimum predicamentum: et tunc hoc modo potest describi substantia est essentia que per se est naturaliter et non in aliquo tanquam in subiecto vel essentia que est pars aut nata esse pars intrinseca essentie sic per se existens.

Secundum intentum a Gregorio probatur ab eodem: quod pater filius creator principium et plura similia sunt predicabilia per se relativa et ad aliquid ac per hoc predicamento relationis et proprie dicuntur de deo igitur intentus. consequentia nota et tamen non supponitur ex fide cui non est attribuenda falsitas nec improprietas. Maior autem per Augustino libro quinto de trinitate capitulo septimo ubi postquam distinguit predicationes tam affirmativas quam negativas proprias singulis predicamentis concludit in fine quod filius et non filius genitus et non genitus siue ingenitus dicitur relative et sunt de predicamento relationis. Hoc idem probari potest de predicamento actionis scilicet quod vere et proprie de deo predicetur: quin imo ut dicit idem Augustinus eodem libro capitulo octavo situs et habitus et loca et tempora:

non proprie sed translatiue ac per similitudines dicunt in deo et paulo post quod autem ad faciendum attinet: fortassis de solo deo verissime dicatur: in quo dicto tangitur alia questio: in quo stet creaturarum actiuitas et an solus deus agat de quo vide Gabrielen libro quarto

Hoc idem probat Gregorius fuisse ex mente philosophi et cometary quod probat ex processu aristotelis in principio secundum methaphysice quod gratia breuitatis omitto vide tamen in gregorio loco in principio tertie questionis allegato.

Que predictarum sententiarum et opinionum sit verior iudicio doctorum relinquendum censuimus: mihi sat sit dicere illud horatii nullius addictus iuravi in verba magistri: quamuis durum sit non annuere sententie quam thomas scotus et ocham licet diuersis rationibus approbet: quorum arcem aggredi temeritati potius adscribendum foret: que fortitudini nam ab eorum trium iuratu palli nodiam extorquere difficilius esset quam herculi clauam subripere: sed quauis hi tres in vnu coniuauerint: oppositum eque probabile opinamur nam quicquid bonus dormitat homerus et sepius est olitor valde oportuna locutus.

Primum dubium quia in recitando Scoti opinionem dictum fuit de idempnitate reali aliquarum realitatum et earundem distinctione formali dubitatur quod sunt modi distinctionum et idempnitatum que solent poni ab Scotistis. Ad hoc respondeo quod varius est modus dicendi scotistarum in hac parte nam nicolaus de oxbellis et antonius si ret cum aliis dicunt esse septem modos distinctionum et idempnitatum alios septem modos oppositos primis. Primus est distinctio rationis: secundus est distinctio ex natura rei: tertius est distinctio formalis: quartus est distinctio realis quintus est distinctio essentialis: sextus est distinctio se totis subiectiue: septimus est distinctio se totis obiectiue. istis correspondent alii septem modi idempnitatum oppositi qui eodem modo numerantur et nominantur: ponendo loco de idempnitatis distinctio idempnitatis.

Stefanus autem burleser dicit preictam opinionem communem iam apud multos scotistas multa falsa continere nec sequi doctorem subtilem: imo afferre aliqua contra ipsum. Primo igitur nunc breuissime et succin-

Gabriel,
Gregorius

Oxbellis,
Sirens

Burleser

Augustinus

comit
data
malis
manis
munt
di
munt
f
Sirens
f
form
hac
munt
alig
malis
munt
dar f
munt
tant
Aug
listin
munt
na e
hain
munt

re declarabit prima opinio et secūdo secūda.

Distinctio igitur rationis secūda istos est que habet fieri p̄ actū intellectus collatum vel alterius potentie vt for. est for. ibi enī for. in esse cognito vt cognitus per subiectum distinguitur a for. te vt cognito per predictatum sola ratione et non ex parte rei.

Distinctio autē ex natura rei secūda eos est illa que est inter aliqua extrema de quibus predicata contradictoria possunt verificari: que cōtradictio non proueniat ex opere intellectus.

Distinctio autē formalis est illa que est inter aliqua duo quorum vnus non includit aliud in primo dicēdi de perse: q̄ hoc modo declaratur scilicet quod illa distinguntur formaliter que habent aliam et aliam formalitatem quarū neutra alteram includit in ratione sua formali. Et hoc modo loquēdo inferiorius a superiori non distinguetur formaliter bene tamen ex natura rei. sed superius ab ipso inferiori distinguetur et ex natura rei et formaliter: passio tamen a subiecto et subiectū a propria passione bene distinguntur et ex natura rei et formaliter: ex quo elicio secundum hos esse duplicem distinctionem formalem scilicet mutua et non mutua similiter idēptitas

formalis est duplex scilicet mutua et non mutua et per hanc distinctionem idēptitatis formalis et distinctionis formalis soluitur plerūqz argumenta que Burliker multiplicat contra hanc opinionem aliquorum scotistarum.

Distinctio realis est distinctio aliquorum sic se habentium q̄ vnus potest corrūpi alio manente: vel se habent sicut totum et pars: vel sicut producus et p̄ductus vel que sunt in plurib⁹ rebus realiter distinctis et dicitur est distinctiue quia ad inferendas distinctionem realem sufficit habere aliquam istarū contradictionum vltimūz quod additur est propter relationes reales sibi inuicem in fundamento et termino correspondentes.

De producente et producto ponitur propter distinctionem realem personarū in diuinis quia ex s̄tētia augustini libro primo de trinitate capitulo p̄mo nulla res se ipsas ḡginit que tam an sit propositio euidēs et perse nota aliquibus dubitatur: quoz lac tancius. Firmianus vir sūmo ingenio et eruditus vnus nō in cludir aliud nō tū e cōtra vt hū nuntius et aratus.

ditione libro primo diuinarū institutionum capitulo septimo affirmauerit: deum aliquando cepisse et ante omnia ex se ipso fuisse p̄ creatum. Et seneca idem asserit cum inquit alius nos edidit alius nos instruxit deus ipse se fecit sed hoc disputare nō est p̄sentis speculatiōis

Dupliciter aliqua posūt dicēdi identificari essentialiter. Primo modo quia idēptificatur vni essentię singulari et sic inter idēptitatem realem et essentialē nō est discrimen nisi in diuinis in creaturis autem omnia eadē eē alr sunt eadē realiter et econtra.

Secūdo modo licet aliquo modo impprie quāuis apud aliquos scotistas vsitato aliqua dicuntur esse eadem essentialiter q̄ dicuntur esse de essentia alicuius siue cōcurrūt in trīsece ad essentiam alicuius secūda quas acceptionem concedendum esset aliqua distincta realiter identificari essentialiter in creaturis vt patet de materia et forma et sic idēptitas essentialis nō inferret in creaturis idēptitatem realem: sed primus modus est congruentior opposito modo dicatur de distinctione essentiali: dum modo supponatur ad hanc distinctionem sicut ad quamlibet que est seclusa ope intellectus extrema esse postiuā et existentia: cum inter non existens et existens non sit distinctio bene tamen non idēptitas.

Ex his infero non bene diffinisse aliquos distinctionem essentialē dicentes quod est illa que est inter aliqua que p̄ aliquā potentiam possunt separari a se inuicem. quia hoc modo filiatio et paternitas sibi correspondens in creaturis nō essent essentialiter distincta quod nullus sanę mentis concessurus est.

Distinctio se totis subiectiue est illa que est inter aliqua duo extrema: quorum realitates sunt distinctę et a inuicem separate in actuali existentia ita quod non conueniūt in aliqua realitate subiectiua siue actu existendi: et sic anima et corpus vnita licet distinguantur realiter et essentialiter proprie non tamen distinguntur se totis subiectiue conueniunt. in realitate subiectiua cum ex his duob⁹ constitutatur vnū ens per se. Sed manet dubitatio an accidens sit idem se totis subiectiue cū suo subiecto licet ex illis non fiat vnū per se: dices quod sic quia sat est quod se habeat vt in formans et in formatum. Cesset vterius dubitatio an separata anima a corpore sit tunc eadē

Lactantius

Seneca!

et sic distinctio est est distinctio qua ipis existentib⁹ eō conueniunt sententię ali cōtra Sox. et plato t̄ gunt distinctio

ll.

dubius?

dubius?

ziel. corium

mutua e r̄as
data itaqz amia
malit̄ et hū
mentis distin
formali
distinctio nē
mutua tū vide
falsus dicitur
q̄ neutra
formalib⁹ i
lect realit̄
in cludir
aliqui cōtra
malit̄ hū
nit̄ in clu
dar formali
t̄ animal
t̄ abramē
Augustinus.
distinctio for
ut hū non
na est distin
t̄ aliquid
qz vnus nō in cludir aliud nō tū e cōtra vt hū nuntius et aratus.

Secundus articulus secunde questionis

se totis subiective quod non vñ dicendus quia tunc non ex illis constituitur vñ. Si dicatur q̄ satis est habere aptitudines ad constituendum vñ tunc sequeretur q̄ quelibet pars materię capax alicuius forme quā nunquam habet nec habuit esset ille eadem se totis subiective. Ad hoc respondebis vt libuerit; p̄ hoc modo consequenter respōdeas. Melius tamen est dicere quod dum separantur nō sunt iam eadem se totis subiective sed tunc videtur durus quomodo duo entia nunc sint eadez alis qua idēptitate et postea ipsis manentibus nō sint eadē illa idēptitate dices illud non esse in cōueniens similiter partes cuiuscūque modi siue essentialis siue quantitatie siue integras siue in resolutione sūt inter se eadē se totis subiective.

¶ Duo individua vel eiusdez speciei vel diuersę que non possunt adiuices vñri ad existentiam vñus totius dicuntur p̄cipue distincta se totis subiective

¶ Distinctio se totis obiective est illa que est inter aliqua duo extrema que in nullo conceptu reali comuni cōueniunt quidditatie ita quod de illis non potest predicari alis quod predicatum quidditatum siue sit limitatus siue trāscēdens siue dicat realitatez potentialem siue non. hoc modo vltime differentie dicitur esse distincta se totis obiective quā sunt primo diuersa vñ refert dicere aliqua esse diuersa et esse differentia secundum modum loquendi scoti nam differentia sunt alicui idēptentia id est in aliquo quidditatie cōueniunt et in aliquo quidditatie differunt diuersa sūt que in nullo quidditatie cōueniunt iuxta quod ponit scotus vñam regulam scilicet qd̄ omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuersa alioquin nō esset status indifferētibz et per p̄ns processus in infinitum qm̄ debemus sum̄ opere euitare.

¶ Postea ipsi scotiste dicūt has distinctiones habere se tāquam magis et minus et vltimas esse maximas et primas esse minimas et quod quelibet p̄cedens infertur a sequenti et non econtra et opposito modo se habere de idēptitatibus: quia minori distinctioni opponitur maior idēptitas et maior distinctioni opponitur minor idēptitas et semper maior infert minus et non econtra.

¶ Sed ista vt bene probat Stefanus

burlifer magis sūt ex placito cōficta quā ratione probata: pro quo probatur opposituz scilicet quod iste distinctiones non habēt necessariam habitudinem per modum inferentis et illati: quia distinctio se totis obiective non infert distinctionem realem vel essentialē nec econtra. Secundum notum est vt patet d̄ duobus individuis eiusdem speciei. Adimus tamē probatur quia differentia vltima speciei et differentia vltima sui p̄cipii individui distinguntur se totis obiective et tamen sunt idē realiter vt constat cum idētificētur vñ. Tertio assumptum patet quia si essent se totis obiective eadem sequeretur quod non essent primo diuersa nec dicerent conceptus simpliciter simplices quod est cōtra sic opinātes.

¶ Set vltorius notabis secunduz prefatum doctorem duplex est distinctio formalis: vna est que est inter aliquas duas realitates quarum vna non cadit in ratione quidditativa alterius nec econtra.

¶ Secunda distinctio formalis est que est inter aliqua duo extrema quorum ratio vñus non est precise nec adequate ratio alterius seu adequate alterius vt ratio animalitatis et ratio humanitatis distinguitur formaliter isto secundo modo licet non primo modo quia ratio humanitatis non dicit adequate rōez animalitatis imo dicit formalitatem compositiorem methaphisicę quam prima quā p̄pter vñum predicatur de alio in abstracto vltimata abstractione et sic hec est falsa humanitas est animalitas: quia secundum Anicēnam equitas tantum est equitas: hoc tamen intellige nisi altera illarum formalitatum vel realitatum sit formaliter infinita vel ambe ille rationes sunt formaliter infinite vt essentia diuina et hōitas: licet enim distinguatur secundū scotum formaliter et vna non sit precise alia predicantur de se inuicem in abstracto vltimata abstractione hoc tamen est propter infinitatem formalem inclusam in eis.

¶ Sed hic esset bona difficultas secunduz scotistas an quodlibet attributum diuinum dicat vñam propriam sibi infinitatem distinctam formaliter ab infinitate quam dicit aliud vel solum sit in diuinis vna infinitas formalitas que a qualibet alia formalitate in diuinis distinguatur formaliter euz qualibet tamen earum realiter idētificentur hec quo

Burlifer:

in d̄ ip̄s
in tenet
p̄ negm̄
indiv̄
specia
f̄ se totis
ve 5^o d̄
essentialis
om̄ia et
m̄s et

Scotus

Anicēna

est metaphisica et theologia obidque pretermitenda.

Ex predictis notabis scotum non semper univociter loqui de idēitate vel distinctione formali et sic secundum primam vel secundam acceptionem possunt saluari dicta que videbuntur in sua doctrina repugnare. **Distinctio realis** secundum istum doctorem est distinctio rei et rei et est duplex scilicet suppositorum tantum ut in divinis et suppositorum et noticiarum ut est in creatis quia non est eadem met numero humanitas in sorte et platone quāvis ut dicitur in predicabilibus humanitas que est in sorte et humanitas que est in platone habeant inter se aliquam unitatem realem a parte rei oī operatione intellectus seclusa minorem unitatem numerali quod tamen negatur a thomistis in quo puncto stat tota diversitas opinionis scoti et sancti thome de naturis communibus: cum beatus thomas sit medius inter scotum et nominales in naturis communibus.

In materia vero distinctionum thomiste non ponit nisi duo genera distinctionum scilicet realis et rationis quamvis aliqui iterum subdividunt distinctiones rationis scilicet vel rationis ratiocinantis vel rationis ratiocinate et ut prima intelligatur quādo diversitas rationum provenit ex re ipsa intellecta precedente omnem actum intellectus. Secunda vero quādo diversitas huiusmodi rationum provenit ex diversitate actuum intelligendi vel volendi quos configunt rationes pro quo ponetur exemplum secundum reales in secundis intentionibus.

Sed alibi clarius posset poni exemplum de huiusmodi rationibus intellectum creditum odio abitum dilectum: in quibus omnibus diversitas provenit ex diversis actibus intelligendi aut volendi quos important et ideo distinctio que in obiecto ex illis concluderetur vocaretur secundum thomistas distinctio rationis ratiocinantis et non ratiocinate que non sunt explicande ut quidam opinantur hoc modo scilicet quod prima distinctio scilicet rationis ratiocinate requirat diversitates aliquam in obiecto et re ipsa non autem distinctio rationis ratiocinantis cum qua intelligētia nituntur concordare scotum et thomas supra distinctione attributorum divinatorum qui tamen maxime differunt ut in primo sententi

arum latissime solet a theologis disputari nisi quam enim doctor sanctus concedit esse in deo in essentialibus aliqua in diversitate aut distinctionem ex natura rei sicut concedit scotus

Discrimen igitur illarum duarum distinctionum rationis accipienda est penes hoc quod in distinctione rationis ratiocinate res ipsa omni actu ipsius intellectus vel voluntatis secluso est talis qualem diverse rationes significant in distinctione autem rationis ratiocinate ad hoc ut res sit talis et ipsis diversis rationibus respondeat requiritur actus in intellectus vel voluntatis quem rationes ille significant. Nota tamen quod ex nulla earum secundum thomistas licet inferre diversitatem aliquam in obiecto ipso ex natura rei ut scotus opinatur. Sicut deus realiter quocumque actu secluso est sapiens: creator: gubernator: et illis diversis rationibus respondet: non est tamen intellectus: vel dilectus vel odio habitus a sorte nisi supposito aliquo actu intellectus vel voluntatis. Et propterea merito prima vocatur distinctio rationis ratiocinate et secunda distinctio rationis ratiocinantis: notabis in proposito postquam semel incepimus loqui de his rationibus quod est aliquando pluralitas ali-

qua et distinctio rationum in intellectu quibus omnino non possumus fingere diversitatem ex parte rei nisi ex parte intellectus ut diversis noticiis propositionalibus idem de eodem predicantibus una affirmative alia negative una univociter et alia particulariter et una categorice et alia hypoteticē et sic secundum alias diversitates que ex solis simplicitate et materia proveniunt: nam tunc reperiuntur diverse rationes in intellectu quibus nec fingi quidem potest que diversitas in re ipsa respondeat: nisi confugiatur ad figmenta gregorii ariminensis de complexis significabilibus: que ita fere explosa sunt ab omni philosophorum scola. **Ex hoc ultimo infero corollarie quod ratio quam aliqui afferunt ad probandum distinctionem formalem secundum scotum est invalida scilicet de diversitate noticiarum quibus res numero et realiter una quocumque circumscripto respondet. Que probatio sicut evidenter refellitur in noticiis complexis ut immediate visum est ita potest reici valde probabiliter in simplicibus noticiis. Et hec secundum reales de divisionibus sufficiant.**

*magis vult dicitur
dicitur qd ead dicitur
distinctio ratio
ratiocinate sunt
quibus rationes
fiant sed de
q dicitur potest
evenit in ipso
fuit et dicitur
et aliud vult
Ar. sub dicitur
et dicitur fuit
fuit distinctio
natura rei supra
et dicitur*

Gregorius

capitulum est formatum sed non capitulum esse

pluribus in rebus absolutis non sunt nominis
sed in impossibile sunt nominales

Secundus articulus secunde questionis

Ubique secundum quod secundum nominales de distinctionibus tenendum sit et ideptitibus respondetur per sequentes propositiones.

Prima propositio quod liber est per se ipsum formaliter et intrinsece sibi ipsi ideptificatur et a quolibet alio distinguitur et non per aliquod super additum primum probatur nam ab illo res habet formaliter unitate a quo habet entitatem formaliter sed entitates habet a se ipsa formaliter quia res non est ens per aliud formaliter sed se ipsa. Nam queram de illo alio et sic vel erit processus in infinitum vel si in aliquo sistendum sit et cum non videatur magis ratio de uno quam de alio sequitur ergo quod in primo erat sistendum dictum fuit notanter formaliter: quia effectiue res habet entitatem a sua causa ut liquet scilicet a deo secundum probatur quia signatis duobus entibus etiam si intelligatur reliqua non esse quodlibet illorum est sibi ipsi ideptificatum: et ab altero distinctum quocumque tertio ab eis secundo quod probatur ratione satis apparenti. Hec consequentia est bona forte est et plato est et fortes non est plato ergo fortes et plato distinguuntur sed ad veritatem antecedentis sufficienti soli fortes et plato se ipsis sine alia re quibus per illud antecedens non signetur alie res et ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. Ergo illi soli sufficienti ad veritatem consequentis quia quicquid sufficit ad veritatem antecedentis bene consequentie illud sufficit ad veritatem consequentis eiusdem consequentie ergo sine alio medio distinctivo se ipsis illi duo homines distinguuntur.

Ex quo infero quod quotiens aliquad dicuntur esse eadem vel distingui per ali quod extrinsecum ab eis illud intelligendum est argutiue et notificatiue quo modo solemus dicere quod potetie distinguuntur per actus et actus per obiecta et cause per effectus et effectus per causas ad bonum sensum.

Secunda propositio distinctio rationis inter aliqua secundum nominales bene potest admitti ad bonum sensum ut ibi potius sit diuersitas in ipsis notionibus et conceptibus anime quam in ipsa re: si vna et eadem correspondeat diuersis noticiis anime non sinonimis: bene tamen stat quod illa diuersitas no

ticiatum aliquando sit propter diuersitatem etiam in ipsis rebus ut superius innuebatur. Esset tamen in presenti bona difficultas quia vna et eadem res singularis in re ipsa possit correspondere diuersis conceptibus absolutis singularibus non sinonimis: quod secundum scotum videtur esse concedendum: quia in eodem homine, scilicet forte ponit singulare entis et substantie et corporis et animalis et hominis: que singularia licet cum forte ideptificetur distinguuntur tamen formaliter inter se et ab illo secundum vero nominales illud est omnino impossibile de quo inferius disputabitur. Sed pronunc ex mente nominalium pono hanc regulam: omnes conceptus absoluti idem ad eade res presentantes sunt sinonimi.

Tertia propositio: licet sunt multe vie quibus possumus probare distinctionem ex natura rei vnius rei ab alia vnum tamen et precipuum medium ad illam probandam et concludendam est contradictio. primum patet quia per viam separationis vnius ab alio eet per viam causalitatis et per viam partis et totius talis distinctio potest multis modis concludi. secundum patet quia nulla illarum viarum sufficeret nisi pro quanto includit virtualiter viam contradictionis.

Pro quo notabis quod ex diuersis modis quibus idem de aliquibus ad modum contradictionis enunciatur diuersi concluduntur distinctionum modi. dictum fuit notanter ad modum contradictionis: quia ut optime notat magister meus gonsalus egidius omnium bonarum literarum emporium referatissimum in suo primo sententiarum distinctione secunda si ad concludendam distinctionem opus esset in antecedente idem contradictorie enunciare quum impossibile sit contradictorias esse veras semper antecedens huius argumentationis esset falsum et impossibile et ita nullum tale argumentum esset probatum. tum etiam quia cum in omnibus huiusmodi argumentationibus que ad probandum distinctionem aliquorum adducantur subiecta aut supponant pro diuersis aut sint saltem non sinonima manifestum non esse in illis propriam contradictionem.

Sed dicitur esse enuntiatio ad modum contradictionis quia vel predicata sunt contradictoria contradictione terminorum de qua in fine predicamentorum in postpredicamentum

agnoscenti istud est
vultum apponens
nescio quibus die
indignis saluar
sua oratio in p.

optimum
significat
nominis

Bonifacius

in q. prima notatius et similis dicitur
Thomae
et dicitur superius

tis dicēdū est vel propositiōes ex copula et predicato et toto residuo propter diuersam significationem subiecti habent se omnino sicut contradictorie; ita quod posito eodem subiecto singulari in vtraq̄ nullo alio variato esset integra et formalis contradictio vt cōtingit in his duabus argumētationibus filius est genitus et pater est non genitus ergo inter patrem et filium est aliqua distinctio. Similiter petrus est albus et iohāes nō est albus ergo petrus et iohāes distinguuntur.

Quarta propositio secundus predictum modum ex positum de aliquibus enūciari contradictoria cōtingere potest tripliciter

Primo modo vt non solus extremis hoc est subiectis illius contradictionis acceptis singulariter sed etiam subiecto negatiue accepto cum hac determinatione omne quod est contra dictoria enūtiatur de illis vel de vtroq̄ affirmatiue vel de vno affirmatiue et altero negatiue eius tamē existētia supposita

Et tunc distinctio quae ex huiusmodi enūtiatiōnū verificatione colligitur dicitur essentialis qualis est dei ad quamcunque creaturam et cuiuslibet creaturam ad quamlibet aliam ista enim copulatiua est vera deus est deus et nihil quod est creatura est deus siue omne quod est creatura nō est deus similiter haec etiam copulatiua est vera quacūq̄ creatura demonstretur eadem a parte subiecti et predicati haec creatura est hoc ens et nihil aliud ab hac creatura est hoc ens.

Et talis distinctio essentialis nō reperitur in diuinis sicut neque medium predictum probandi illam quia quamuis haec sit vera pater non est filius haec autē est falsa omne quod est pater est nō filius. vnde patet illā distinctiōnem logicorum de multiplici distributione completa et incompleta siue in termino et extra terminum esse vtiliter proposito et per consequens hanc posse negari in aliquo sensu nullus pater est filius scilicet in sensu quo significet quod nihil quod est pater est filius quāuis ex vsu doctorum sacrorum ille sensus nō sit illi propositioni propius quā apud eos aliud sit loqui per signa distributiua vel includētia negationem in masculino genere quā per signa in neutro genere vt si diceretur omnis essētia diuina est pater et omne quod est essētia diuina

est pater; nullus filius est pater. I. nihil quod est filius est pater; pater est alius a filio et pater est aliud a filio et similes.

Contingit secundo idem predicatū quod de vno affirmatur de altero negari cum negatione etiam huius de illo et econtra etiam cum signo vniuersali non tamen cum illo omne quod est et tunc distinctio quae ex huiusmodi enūciationibus colligitur solet dici realis vt distinctio realis sit quid infemus ad distinctiōnem ex natura rei et haec bene stat in diuinis vnde dicimus pater est ingenitus filius nō est ingenitus et nullus pater est filius; non tamē nihil quod est pater est filius; hoc modo persone inter se distinguuntur et etiam haec distinctio est in creaturis imo omnis talis distinctio realis in creaturis est similiter essentialis; quia solum in diuinis reperitur distinctio realis diuersa ab essentiali; quia ibi nulla est distinctio essentialis.

Quinta conclusio contingit tertio et vltimo modo cum veritate huiusmodi enūtiatiōnū quae idem omnino de vno negant et de altero affirmant non stare mutua negationem vnius ab alio vt in secundo modo cōtingebat et ex huiusmodi contradictione infertur alia distinctio minor predictis scilicet essentiali et reali quae ab aliquibus vocari solet distinctio formalis et talis reperit̄ precise in diuinis inter personas et essentiam vt diuina essentia est pater et filius non est pater non tamen est verum quod nullus filius est essentia aut nulla essentia est filius;

In hac tertia distinctiōe sensus predictus supposita fide non potest negari; licet aliquibus videatur durum ita loqui eo quia nolent ponere distinctiōnem formalem nec ita vocare. Poteris tamen hanc ad bonū sensum dictum vocare distinctiōnem formalem vel non idēmitatem formalem vel non mutua conuertibilitatem idēmitatiōis realis id est quod quamuis essentia et pater sint idem realiter non tamen cum quocūq̄ idēmitatur realiter essentia idēmitatur et pater; quia essentia est realiter filius et pater distinguitur realiter a filio;

Notabis vltimus quod secundus verum nominalem inter attributa diuina inter personam et suam propriam relationem;

Secūd' articūl' secunde q̄stionis.

seu notionem inter se non est ponēda distinctio formalis: quia nihil omnino est affirmandus de vno attributo diuino quin affirmetur de omnibus: nec de persona quin affirmetur de sua propria notionē.

Sed esset dubitatio tunc an concedatur bene paternitas est cōstituens patrē et pater nō est constituens patrem. Similiter an communis spiratio distinguatur formaliter a filio quia videtur cum filio habere non mutuan conuertibilitatem idēprificationis realis quia conuenit patri sed hec iam transcendunt metas dialecticę quapropter hec succincte dixisse secundum viam nominalium de distinctionibus et per consequens de toto primo dubio sufficiat.

Ubiūm secundum quia dictus fuit in recitando opinionem sancti thomę qđ ad hoc quod aliquid sit in gēere opus est qđ in eo differat realiter quidditas a suo esse ideo dubitatur an sit aliqua distinctio inter esse et essentiam et quia hoc est precipuum discriminē thomistarum ab aliis opinatoribus ideo sententiam sancti doctoris acceptam ex variis passib' suę doctrine et recollectā a solidissimis eiusdē doctoris imitatoribus Capreolo. s. paulo socinatore et petro nigro in medijs asseraz.

Capreolus:

Capreolus primo sentēciarum distinctione octaua questione prima quid in hoc dubio sanctus thomas scienciat quinq; sequentibus conclusionibus comprehendit.

Prima conclusio nulla creatura subsistens est suus esse quo actu existit in reū natura.

Secunda conclusio esse creature non sic se habet ad illud quod est vel ad quidditatem creature omnino consimiliter sicut forma substantialis ad materiam.

Tertia conclusio esse existentie non se habet omnino similiter ad substantiā vel essentia creature sicut accidens ad subiectum: accipiendo accidens proprie pro quidditate accidentali reposita in aliquo nouē generum accidentis.

Quarta conclusio esse creature quo formaliter est actu non est deus nec proprie creatura nec est proprie ens vel quod est

Quinta cōclusio aliquid esse est

ipsa essentia creature aliquid vero esse est actualitas eius et aliquid esse nec est hoc neq; illud.

Pro prima conclusione adducuntur multe auctoritates et rationes philoloph' in primo posteriorum dicit quod quid est unitas et esse unitatem non idem est. et ita videtur dicere quod essentia rei nō est esse eius: a uicena quinto metaphisice dicit quod esse accidit enti in qđ alio preterquam in necesse esse et Algazel in fine primi libri suę philolophię ita inquit quoniam prius est vnus et verus eo quod esse eius ē ē purū cuius vnitas est ipsa eius quidditas et quicquid est preter illud est possibile esse autēz omnis possibilis est preter suam quidditatem omne vero esse quod nō est necesse esse est accidentalit quidditati. Similiter Hilarius sexto de trinitate dicit esse in deo: non est accidens sicut in omni creato. Boetius in libro de hebdomadibus in omni eo quod ē citra primū aliū ē ē et qđ ē siue aliud ē qđ ē et quo ē: ad idē ē albert' magn' li. primo de causis capitulo octauo qui ita inquit omne quod ex alio est aliud habet esse et hoc qđ ē qđ. n. animal sit animal et homo sit homo quod est p certo non habet ex alio hinc enim equaliter ē in homine existente et homine non existente secundum actum quod autem esse habeat in effectu: ex se non est: sibi: sed potius ex primo ē ex quo fluit esse in omne quod est in effectu ad idem est egidius romanus quodlibeto primo questione septima esse nihil aliud est quam qđdam actualitas impressa omnibus entibus a primo ente nulla enim essentia creature est tantę actualitatis quod possit actu existere nisi ei imprimat actualitas quedā a primo ente illa actualitas vocatur esse: sicut ergo res corporales alię a quantitate non sunt actu de se extense sed sunt in potentia vt extendantur per quantitates: sic omnes alię nature a primo ente de se non existunt actu sed sunt in potentia abesse.

Simile huic dicit doctor sctus prima parte questione tertia articulo quarto dicens qđ esse est actualitas omnis forme vel nature non enim bonitas vel humanitas signatur nisi prout actu signamus eam esse oportet igitur quod esse componatur ad essentiam sicut actus ad potētiā et oib' his auctoritatib' pōt prima ratio colligi de qđ successue subū

Aristoteles

Auicenna

Algazel

Albertus

Albertus

Hilarius

Boetius

Albertus

Albertus

Egidius

Sac' tom'

ei oppositū distinguit a quolibet illorum scilicet eētia est indifferens ad esse et non esse quia aliquando ē et aliquando non est igitur essentia distinguitur ab eē. Similiter potest colligi secūda, scilicet illud quod aliquis habet ex se non est illud quod aliquis habet ab alio scilicet quod homo sit homo hoc habet ex se quod semper homo est homo et ab eterno homo et homo quod autem actu existat hoc non habet ex se quia alias semper sibi illud conueniret igitur essentia distinguitur ab existentia.

Si ad istud dicatur ab aliquo nominali breuiter ut solent distinguendo scilicet quod homo sit animal vel quod homo sit homo habet a se ipso formaliter licet ab alio effectiue et ita stat quod non conueniat ei semper quamuis per nihil aliud formaliter conueniat.

Contra hoc replicatur a paulo vocinate. q. xii. quarto methaphisice quia tunc sequeretur quod esset aliqua causa effectiua conuersionis significati huius propositionis homo est animal rationale sed hoc consequens est falsum ergo illud ex quo sequitur maior nota est cum diuina et minor probatur: ea que sunt equaliter necessaria equaliter se habent quo ad habere vel non habere causam efficientem scilicet hominem esse animal rationale et deum esse ens sunt equaliter necessaria ergo sicut secundum non habet causam efficientem ita nec primum consequentia et assumptum liquet minor probatur in quo stat tota vis rationis: quia opposita illorum duorum sunt equaliter impossibilia ergo et illa sunt equaliter necessaria: consequentia nota: antecedens probatur: quia impossibilitas in utroque conuergit ex implicatione contradictionis quia predicatus tollit subiectum quum enim dicitur homo non est animal rationale per ablationem predicamenti remouetur subiectum quia per negationem negationis remouetur diffinitum.

Preterea omni efficiētia a deo circumscrip̄ta ad huc hominē esse al est verum igitur intentum: antecedens probatur: illud quod resultat postis diuinis ydeis necesse est omni efficiētia seclusa sed postis idea hominis et idea animalis in mēte diuina resultat earum conuersionis igitur intentum.

Ex illa prima conclusione adducuntur multe alie rationes scilicet quia esse creaturę esset esse subsistens et per consequens

infinītum quia ab esse per se subsistente remouetur omnis causa limitationis. Similiter esse subsistentis precise conueniunt conditiones nobilissimas igitur intentum: has et plures rationes vide per sanctum Thomam secundo libro summe contra gentiles capitulo quinto et per Capreolum loco preallegato et per clipeum thomistarum questione xxxii. predicabiliū.

In quo notabis secundum hunc doctorem non esse concedendum in via sancti thome eandem essentia numero subsistendi primo potentis et actu existendi quousu alique rationes videntur illud pretendere: quia essentia dicitur equiuoce de essentia in potentia antequam creata est et de essentia existente sub actu existendi per potentiam creatis de nihilo ad actum entitatum reducta.

Similiter ens habet alium modum essendi in substantia quam in accidente in substantia existit independenter naturaliter ab alio subiectiue in accidente autem ex natura sua oppositum modum essendi: et ideo in predicamentis accidentium non dicuntur esse supposita bene tamen indiuidua in substantia et sunt supposita et indiuidua et suppositum non addit in via Scoti nisi negationem supra indiuiduum.

Scotus.

Iste vltimus gradus vniucationis est infimus multum habens de equiucatione quia habet diuersitatem graduum et modi essendi et diuersitatem ordinis et ideo tale potest quodammodo vocari vniucum equiucum et analogum. Vniucum quantum ad vnitatem rationis communis: et equiucum quantum ad diuersitatem graduum et modi essendi. Analogum autem quantum ad ordinem.

Peteret aliquis an per hanc distinctionem possit saluari multiplicitas opinionum de ente: nam aliqui dicunt ens esse analogum alii vero equiucum alii vero vniucum: vt primi intelligant quo ad ordinem quo ens descendit in substantiam et accidens. Secundi vero intelligant quo ad vnitatem rationis.

Respondeo quod non vt videtur ex dicendis de vniucatione entis.

Nota ulterius quod possunt poni alii quatuor modi equiucationis quod quot modis dicitur vnum oppositorum tot

posset vocare istum
dines: ordinem
ppo huius: et talis
in uenire in
is species 7.

non magis proprium
in se alteri.

non

modis dicitur et reliquum qui modi gratia breuitatis omittuntur.

Ex predictis patet quod ad vniuocum requiritur duplex vnitas scilicet vnitas nominis significantis et vnitas intentionis significantis capiendo intentionem nisi pro conceptu obiectiuo ad equiuocum vero requiritur vnitas nominis et intentiones plures ex quo patet quod non est dare medium inter vniuocum et equiuocum quia cuius utrobique sit vnitas nominis ergo vel erit vnitas rationis vel pluralitas si primum erit vniuocum si secundum erit equiuocum et ita habent se sicut vnum et multa inter quae non videtur dari medium.

Sed arguet aliquis contra hoc quia analogum est medium inter vniuocum et equiuocum ergo maledictus est quod non datur inter illa media.

Respondeo vt **franciscus de mayronis** secundo passu predicamentorum quod duplex est analogia prima in qua dicitur vnum de duobus secundum attributionem vnius ad alterum sicut sanitas de humana et animali et homo de viuo et picto et talis analogia cadit sub equiuocatione.

Alia est analogia qua vnum dicitur de pluribus non propter attributionem vnius ad aliud sed secundum prius et posterius vt ens de substantia et accidente et talis analogia videtur cadere sub vniuocatione quia prius et posterius non variat cuiusque rationem formalem et ita non datur medium analogum quod non sit vniuocum vel equiuocum.

Nota ulterius quod in via scoti differt predicari vniuoce et esse vniuocum quia illud potest dici vniuocum quod est eiusdem rationis et hoc modo albedo cum sit eiusdem rationis in suis substantiis predicabitur in concreto de illis et tale predicatum erit vniuocum: non tamen dicitur predicari vniuoce quia predicari vniuoce est predicari quidditative.

Est preterea sciendum quod

conceptus duplex dicitur ^{quidditative} vniuocum pro omni conceptu pertinente ad quidditatem rei et isto modo tam conceptus generis quam differentie dicitur quidditativus alio modo dicitur quidditativum solus ille conceptus qui predicatur inquit quid sit predicari inquit ex predicabilibus supponitur notum: isto secundo modo conceptus differentie non est quidditativus.

Ex hoc infero quod ens licet sit vniuocum in via scoti quo ad omnia non tamen de omnibus vniuoce predicatur quasi non predicetur quidditative de suis propriis passionibus nec de ultimis differentiis.

Quomodo duplex sit equiuocum scilicet equiuocans et equiuocatum: similiter duplex vniuocum vniuocans et vniuocatum et de equiuoco a casu et a consilio dicitur dum recitabitur opinio nominatum.

Notandum ultimo secundum viam scoti quod vniuocum et equiuocum sunt termini secunde intentionis et per consequens habent duplex significatum scilicet denominatum et per se significatum denominatum erit ipsa vox significans. Vel ipsa res significata. Secundum quod loquaris vel de vniuocante vel de vniuocato per se significatum erit relatio rationis que est secunda intentio fabricata ex actu collatiuo intellectus comparantis signum ad significatum sub hac ratione quod illi respondet vna ratio vel plures rationes: secundum illud nomen exponendo rationem de ratione quidditativa et ita patet quod substantia in definitionibus aristotelis capitur pro essentia cuiuscumque sit predicamenti siue substantie accidentis.

In predictis stat sententia scotistarum de vniuocatione et equiuocatione et analogia.

Opinio thomistarum stat in sequentibus dictis:

Primum dictum ad aliquid esse vniuocum non sufficit vnitas conceptus

Franciscus de mayronis.

Secundus articulus secunde questionis.

¶ Si ergo esset predicatio alicuius predicabilis esset finaliter proprii sed non videtur cuius subiecti esset talis propria passio quia tunc daretur quod commune substantie et accidenti quod negatur a thomistis nisi diceretur quod esset passio disiuncta alicui disiuncto conueniens sed de hoc videbitur quando loquemur de uniuocatione entis et ista sufficiant pro aliquali declaratione illius vulgaris difficultatis de esse existentis in via sancti thome.

Sat. tomas

¶ Volens videre latius videat factum doctorem in tractatu de ente et essentia et in locis pallegatis et illos tres signiferos thomistarum scilicet capreolus; paulus cocciates et Petrum nigruus in locis super dictis; hos nomino motus consilio plinij dicentis in prefatione librorum de naturali historia est enim de signum ut arbitror et plenum ingenii prodoris fateri per quos profeceris et paulo post obnoxii profecto est animi et in felicis ingenii deprehendi in furto malle quod mutuus reddere. Hinc consequenter succinte admodum opinio scoti de esse existentis ponitur sed primo narrabitur modus dicendi Henrici de gandano quem colligo ex dictis scoti in primo sententiarum, di. p. q. secunda quem ipse Henricus in summa et quotlibetis habet.

Henricus.

¶ Henricus igitur dicit quod quilibet essentia habet duos respectus ad primam causam unum est respectus exemplari ad exemplar et hunc respectum habet quilibet res ante quam producat quod deus est forma quidam exemplaris representans omnem quidditatem etiam antequam fieret et ideo rem ut stat sub tali respectu significat hoc nomen essentia; itaque hoc nomen et quidditatem et hunc respectum importat. Alius respectus est relatio effectus ad suam causam efficientem; quem quilibet respectum non habent res ante quam fierent sed solum postquam producte sunt et iste respectus est significat naturam cum isto respectu et ideo res quoniam non est de eadem essentia sed non de esse quod non habet hunc respectum.

¶ Contra hanc opinionem multa essent argumenta in via realium; sed breuiter petitur una difficultas in ea. scilicet cum fundamentum et terminus prius non sint quam relatio in eis fundata capiam relationem primam quam vocatur exemplari ad exemplar et quero in quo fundatur non in rei essentia quod per talem relationem dicitur et

essentia et non in aliquo posteriori essentia ergo in aliquo priori et peto quod sit illud in ipsa re prius essentia eiusdem rei quod non videtur quid sit

¶ Pro opinione scoti primo ponentur aliquae distinctiones et secundo conclusiones.

Scotus.

¶ Prima distinctio esse capitur dupliciter uno modo pro esse essentie et hoc modo esse et essentia secundum Scotum in tertio sententiarum, di. vi. q. p. non distinguuntur nisi penes modos concipiendi in concreto et in abstracto quod distinctio quum sit penes modos concipiendi logicales non est distinctio nisi rationis.

¶ Secundo modo capiture esse pro esse existentis et tunc tale esse importat existentiam actualem quod est modus intrinsecus essentie et quidditatis.

¶ Secunda distinctio quod essentia et quidditas in via scoti differunt tanquam magis esse et minus esse omnis. n. essentia est quidditas non tamen omnis quidditas est essentia a qualis alia quidditate essentialiter distincta; quod in via scoti concedendum est quod in diuina natura sunt multe quidditates et formalitates. scilicet intellectus voluntas sapientia etc. est tamen unica et perfecta essentia quod ad hoc quod aliquae quidditates dicantur habere proprium esse esse tunc distinctum ab esse essentie alterius quidditatis requiritur quod non repugnet illis esse et habere esse sine altero; quod quidditatibus in deo non conuenit per quidditatem in proposito idem intelligo quod per formalitatem.

¶ Tertia distinctio secundum Scotum in quotlibeto, q. ix. esse iterum accipitur duobus modis uno prout esse est illud quo aliquid recedit a non esse et ita illud quod est extra suam causam et intellectum dicitur habere proprium esse et propriam essentiam et hoc modo partibus compositi. scilicet ipsi materie vel forme conuenit esse et habere essentiam.

¶ Alio modo accipitur esse pro actu ultimo ipsius rei cui non aduenit actus ulterior et illo modo esse est illud quo aliquid ulterius esse est et illud non est ratio ulterius esse est scilicet suppositum substantiale et hoc modo solum tale habet esse et essentiam in hac acceptione his habitis pono conclusiones pro maiori declaratione.

¶ Primo conclusio in via scoti esse

unde deum dicitur esse unum cum deo

ria duratione non precedit existentiaz nec ex-
stentia originatur ab essentia set tantum inter
essentiam et existentiam est ordo naturę.

**Prima pars patet quia cum du-
ratio sit conditio existentis: essentia autem
ipsa non existit ante existentiam ergo non pre-
cedit duratione existentiaz: consequentia vi-
detur clara et maior supponitur minor autem
patet quia essentia vt essentia non existit sed
abstrahit ab existentia.**

**Secūda pars patet quia nullū
esse reale et in actu debet dici originari ab eo
quod dese non est in actu s; existentia et eētia
se habent taliter igitur: consequētia est bona
maior videtur rationalis et minor supponi-
tur ex dictis.**

**Tercia pars patet tum quia or-
do nature est inter illa quorum vnum presu-
ponit reliquuz et non e contra et hoc modo se
videntur habere essentia et existētia igitur in-
tentum. Preterea illud quod conuenit alicui
perse in primo modo dicendi per se est prius
nā s; eo quod conuenit ei per accidens sed esse
tia conuenit rei perse primo modo et existētia
nō sed per accidēs quia accidit essentię quod
sit in actu actualitate existentię propter indi-
fferentiam quam habet essentia ad actum et
potentiam.**

**Secūda cōclusio essentia et ex-
stentia non distinguuntur realiter probatur
quia que distinguuntur realiter ex supra positi
habent se vt res et res quaruz vna sine altera
vel e contra ad sensum superius declaratum
potest cōseruari in rerū natura sed in via scoti
non potest manere existentia in reruz natura
sine essentia nec potest essentia similiter māere
in reruz natura sine existentia quia illud esset
implicatio .nec illud quod dicebatur superius
de assumptione humanitatis scilicet prius nō
habeat proprium esse existētię falsus est in via
scoti: quia apud eū aliud est existere aliud est
subsistere a quo res habet quod dicatur sup-
posita et humanitas in verbo non subsistit p-
pria subsistentia: q; ratio suppositi in creatis
vltra existentia singularē .s. supra naturaz nō
dicit nisi negationē comunicabilitatis actualis
et aptitudinalis et comunicabilitatis duplicis
.s. tam vt quod .s. per idēptatē tāz vt quo p-
informationē vel aliquo alio modo.**

**Tercia conclusio essentia et exi-
stentia nō distinguuntur formaliter q; tunc se
quitur q; alia formalitatē diceret nā s; hūana
dum existit et aliam dū nō existit quod videt
falsus quū semper d et eadē definitio de nā s;
hūana q̄quidē definitio explicat formalitatē
metaphysicam ex quib; res constituit igitur
intentus.**

**Quarta conclusio essentia et exi-
stentia distinguuntur sicut q̄dditas et modus in-
trinsecus secūdū aliquos scotistas quod pro-
bant hoc modo q; modus intrinsecus est ille
quia d veniēs rei vel discedēs a re nō variat ei;
rationem formalē vel constituti per ipsuz sed
existentia nō variat rationē formales essentię
igitur intentum. et quod illa distinctio non sit
rationis patet q; omni operatiōe intellectus
seclusa essentia ipsa presupponitur intellectiōi
tanquam obiectuz quādo nulla existētia sibi
cōuenit ergo talis distinctio erit ex natura rei
et non rationis.**

**Nota quod potest bēe dici in pro-
posito quod licet existētia nō distinguatur ab
essentia formaliter positive distinguitur tamen
formaliter negative: sic quod non est de intel-
lectu formali essentię vt essentia est.**

**Notabis vltorius in hac opinio-
ne pro solutione omnium auctoritatum q̄vidē
tur fauere doctori sancto. q; accidens potest
tribus modis accipi vno modo pro eo q; acci-
dentaliter perficit rem in suo esse completo at-
q; perfecto sicut albedo est accidēs hominis
secundo modo pro eo quod extraneatur a con-
ceptu formali et quidditate alicuius: eo modo
quo differentia dicitur accidere generi et inferi-
suo superiori. tertio modo dicitur accidēs quod
libet mutabile cuiuseē est cōtingēs loquēdo
de accidēte primo modo nulla existētia est acci-
dens sed secundo modo existētia potest dici in
quolibet tam creato quā increato accidēs pro-
p̄to in nullo tali q̄ditatiue includit sed est mo-
dus sui quidditatis: s; si capiatur tertio modo
inquolibet creato existentia est accidēs: in in-
creato vero quū excludat omnē mutabilitatez
et stin gētiā in suo eē nullo mō est accidēs iaco-
bi primo apud quez non est transmutatio nec
vicissitudinis obūbratio d quo byeroninus in
epistola ad marcelā: solus deus vere est cuius
essentię comparatum nostrū esse nō est: de qua
dei incomutabilitate tractatur a doctoribus**

*essentia et
nō distinguntur
formaliter*

*Distinguuntur
in his modis
et nō variat*

*non multo alio
cō modo
sunt extrane
rege formali et
alio alio modo
mutabile a quo
p̄to
et sic distinguuntur*

byeroninus!



tus.

*in si accipit q; esse
na e idēz realiter
essentia ipsa in
et eē realitē
et hoc dico q; se
conuenit quod nō
p̄mo essentia nō
nō eē realitē*

*e de
res et
i ca
vires
p̄*

Tertius articulus secunde questionis.

theologis libro primo sententiarum distinctio octava et per hec patet opinio scoti.

Opinio nominalium in proposito est quod essentia et existentia solum distinguitur ratione et non ex natura rei notabis quod essentia ut essentia potest concipi absolute ipsa vero essentia ut existentia si concipiatur non potest concipi per conceptum absolutum sed connotativum et ideo si in predicamento sint solum pro conceptibus et terminis absolutis in recta linea predicamentalit: essentia rei sub conceptu existentia non ponetur in predicamento si autem aliter bene ponetur in predicamento ut inferius patebit et sic patet de secundo articulo quamvis prolixo huius secunde questionis

Tertius articulus.

Conclusio responsalis. Quelibet harum trium opinionum sancti thome scoti et octava probabilis est secundum sua principia bene intellecta.

Ad argumentum ante oppositum quod est contra nominales poterit facillime responderi quod non est necessarium rem distinguendam esse compositam quia diffinitio explicat duos conceptus rem ipsam significantes secundam magis vel minus in comunitate differentes et propter hoc non est nugatio.

Esset dubitatio an res simplex ut angelus possit habere differentiam essentialem superius dictum est quod secundum communes nominalium opinionem non potest habere illam: sed datus fuit modus quemadmodum illud possit sustineri scilicet quod sicut duplex reperitur connotatio accidentalit: scilicet vel accidentalit distincta materiali vel aliquantulit talit: se habere materialit: significati. Eodem modo potest imaginari duplex connotatio essentialit: scilicet connotans vel partem essentialit: vel talit: se habere essentialit: in sua essentia qualit: essentia aliqua non eiusdem speciei non talit: se habere.

Sz tunc videtur difficile quod ille terminus connotaret de formalit: quia debet significare aliquam rem.

Dices quod illammet rem connotabit de formalit: quam significat de materiali: sed aliter: ut dicimus quod hec propositio petrus est petrus non aliud significat quam

ly petrus sed aliter: quod significare aliter de connotato potius intelligitur quam verbis possit explicari et sic est finis huius secunde questionis preambule ad textum aristotelis pro libris predicamentorum.

Liber primus predicamentorum aristotelis stragiritate peripateticorum principis ex traductione argyropilicizantii.

Tertius.

Quiuoca dicuntur ea: quorum nomen solum commune est ratio vero substantie nomini accomodata diuersa: ut animal dicitur et ipse homo: et id quod est pictum: horum enim nomen commune tantummodo est. Ratio vero substantie nomini accomodata diuersa: si quispiam enim que nam sit utriusque ratio animalit: voluerit assignare: rationem utriusque profecto propriam assignabit.

Uniuoca dicuntur quorum et nomen commune est et ratio substantie nomini accomodata eadem est: ut animal dicitur et ipse homo et equus: nomine namque communi et homini et equo animalia nuncupantur: et ratio que substantie utriusque eadem est: si quispiam enim utriusque rationem voluerit assignare que nam sit utriusque ratio animalit: et eadem rationem omnino reddet.

Benominatiua eadicuntur: que ab aliquo nominis appellationem habent solo differentia casu: ut a grammatica grammatice appellationem habet et a fortitudine fortitudo.

Merito inter omnia opera dyalectica aristotelis liber hic de categoriis hoc est de predicamentis preponendus in ordine venit: sue modernorum de diuisione dyalectice sententiam sequamur: sue antiquorum ad hec

reamus partitioni i, recentiores enim secundum triplicem rationis operationem scilicet simplicium apprehensiones compositiones et divisiones et discussiones seu ratiocinationes autem hacque pars est sermocinalis philosophie diuidentur quam igitur simplicium apprehensio ceteras intellectus nostri operationes precedat pars hec de predicamentis iure ceteras dialectice partes antecedit

Antiquiores vero dialectici quibus artis finem ratiocinationem ipsam constituissent in tres partes hanc diuidere consueuerunt scilicet in elementariam iudicariam et inuentiuam; ut elementaria ea dialectice pars dicatur que de elementis et principiis ut ita dixerim malibus ipsius ratiocinationis seu argumentationis pertractat quam partem de proloquiis et proloquioz partibus nominare solent; hec traditur in libro peribermias hoc est de interpretatione et in libro hoc predicamentorum; relique vero due partes et de iudicanda ratiocinatione et medio ratiocinationis inueniendo determinant; que in ceteris libris Aristotelis quos moderni logicam veterem appellant continent; unde consequens est summum philosophum nostrum Aristotelem ab solutissime de dialectica pertractasse. Cuius hic primus liber in tres tractatus diuisus ab eo est scilicet in antepredicamenta in predicamenta et postpredicamenta et a parte precipua denominationem sumpsit.

Antepredicamentum a modernis curiosius tamen quam vtilius solet hoc modo diffiniri quod sit documentum quodam generale valens immediate et a priori ad cognitionem predicamentorum habendum; sed ex hac diffinitione posset quis inferre quod predicabilia ipsa essent antepredicamenta; quod aliqui excludunt per illam particulam diffinitionis immediate; quod quo modo intelligatur nec est vtile nec facile explicare; alii vero etiam asserunt esse addendam aliam particulam diffinitioni scilicet hoc editum ab aristotele ut hoc modo dicatur antepredicamentum est documentum generale editum ab aristotele valens immediate et a priori ad cognitionem predicamentorum habendum sed in his non est multum inmorandum.

Solet vltterius assignari diuisio antepredicamentorum quia vel in generaliter

in speciali in generali quidem sunt tria antepredicamenta scilicet diffinitio diuisio et regula in speciali vero septem; quia tres diffinitiones due diuisiones et due regule ita ut antepredicamenta sint; diffinitio equiuocorum diffinitio vniuocorum diffinitio denominatiuorum. Prima diuisio antepredicamentalis; secunda diuisio antepredicamentalis; prima regula antepredicamentalis secunda regula antepredicamentalis in textu preposito ponuntur tres diffinitiones.

Pro quorum declaratione nota quod in textu greco eo loco quo nos habemus equiuoca ponitur homonyma et vbi habemus vniuoca ponitur synonyma et vbi habemus denominatiua ponitur paronyma vltra quas addit boetius polyonyma et heteronyma quorum primis interpretari potest multiuoca et secundis diuersiuoca et aristoteles per vniuoca ex opposito dixit diuersiuoca intelligi voluit que sunt ea quorum sunt diuersa contra nomina et rationes etiam diuersa ita quod illis non sit commune aliquod nomen nisi forte transcendens ut res que est homo et res que est albedo. Et per equiuoca a simul intelligi voluit aristoteles multiuoca ea que sunt ea quorum nomina diuersa et ratio substantie eadem ut gladius et ensis que philosophice vocabulo abutentes synonyma appellant potest vltterius addi membrum aliud scilicet eadem ut nomen secundum se sit idem et ratio eadem ut homo; homo differt ab vniuocis quia vniuocis non secundum ipsam et idem nomen est sed id nomen quod ipsis idem est; communis ipsis est et ratio similiter eadem communior est ita que habebimus sex in ordine; scilicet eadem vniuoca; equiuoca; multiuoca diuersiuoca; denominatiua.

Quorum de solis tribus aristoteles posuit diffinitionem scilicet vniuocis equiuocis et denominatiuis; pro quorum declaratione ponitur tertia questio in ordine.

Tertia questio.

Primo articulo tertie questionis.

De definitio



nes uniuocosi et eque uocorum et de nominatiuorum sint sufficienter assignate: in qua questione ob breuitatem non arguo pro utraque sui parte sed ad declaratio-

nem illarum trium sectarum que iam in scolis recepte sunt accedo et primo ponetur scotis statum opinio et secundo thomistarum et tertio et ultimo nominalium.

opinio scoti

Secundum iohannem caonicum

Johannes caonicus.
antonius andreas

primo libro philosophorum questione tertia et secundum antonium andream libro quarto metaphysice questione prima triplex est in via scoti uniuocatio scilicet physica logica metaphysica.

Aristotele

Uniuocatio physica est unitas nature ex natura rei circumscripto omni opere intellectus hoc modo propriissima uniuocatio est in specie specialissima et de hac uniuocatio neloquitur philosophus septimo philosophorum qui dicit quod in specie specialissima est proprie comparatio et non in genere: quatenus species specialissima dicit unam naturam uniuocam non autem genus sed latent equiuocationes in generibus: genus enim dicitur equiuocum equiuocatione opposita uniuocationi physice eo quod non correspondet sibi una natura vel hypostasis extra sed plures secundum quod dicit comentator et thomistius super primum de anima: uniuocatio enim ista solus est in specie specialissima que vere dicit unam naturam unitate reali minorem tamen quam sit unitas numeralis: quod declaratur septimo metaphysice et solet etiam declarari in predicamentis per porphyrii.

*in ista op
is aliquam
dicitur
min dicit
in sua inferio
eundem gradum
nis. et idem
ad istos no dat
ea generica et
exet sed quidam
cepta obiectum
in scolis q uniu
atio q dicitur
in tentis tali
concepta*

Uniuocatio logica est unitas alicuius realitatis vel intentionis prime concepte sub una intentione logica uerbi gratia sub intentione generis vel differentie vel alicuius alterius secunde intentionis: logicus enim considerat huiusmodi secundas intentiones adiuuatas primis.

Et quo inferitur corollarium quod aliquod transcendens in via scoti est uniuocum

uniuocatione logica quia competit sibi aliqua secunda intentio scilicet secunda intentio et distinctio que est logica licet non sit genus species differentia vel proprium vel accidens et sic patet ex hoc quod secunda intentio uniuersalitati secundum scotistas in comuni accepta male diuiditur immediate in illas quinque intentiones secundas predicabilium tanquam in membra diuidentia adequata: patet ulterius non inconuenire aliquid esse uniuocum logice et eque uocum physice ut patet de genere.

*neq sunt
capitulum
bulu 3 it
de salis
re 7.*

Uniuocatio metaphysica est unitas alicuius prime intentionis abstractibilis per intellectum a pluribus ex natura rei circumscripta quacumque intentione secunda logica et hoc modo transcendentibus non repugnat in via scoti uniuocatio.

Presupponere etiam oportet ad propositum illud quod prima questione dictum est scilicet de duplici conceptu obiectiuo et formali et quod prima intentio secundum scotum primo sententiarum distinctione xx. iii. est conceptus immediate abstractibilis a re id est ratio obiectiua conceptibilis immediate abstracta a rebus et ab intellectu considerata et hoc modo ab scotistis conceptus transcendentis obiectiuum uocabitur prima intentio et presupponere etiam oportet quid sit secunda intentio quia est relatio rationis resultans ex actu comparatiuo intellectus comparatis unum obiectum cognitum cum alio obiecto cognito sub aliqua proprietate grammatica logica uel rhetorica quod alibi in questionibus probetalibus declarauimus in principio logice et in predicamento relationis deo auspice tangemus.

Scotus

Notandum est preterea secundum alios scotistas quod quatuor sunt gradus uniuocationis secundum quod uniuocum in sua uniuocata quadrupliciter descendit.

Primus gradus est quando aliquid descendit secundum eandem rationem et secundum eundem modum essendi omnibus eis et secundum eundem ordinem essentialium et secundum eundem gradum perfectionis essentialis

Secundus gradus est quando aliquid descendit in sua uniuocata secundum tria prima non autem descendit in ea secundum

eundem gradum perfectionis essentialis.

Tertius gradus quando aliquid descendit in sua inferiora secundum duo prima: non tamen secundum eundem ordinem essentialem nec secundum eundem gradum perfectionis essentialis.

Quartus gradus quando aliquid descendit secundum eandem rationem tantum: non tamen secundum eundem modum essendi nec secundum eundem ordinem essentialem nec secundum eundem gradum perfectionis essentialis.

Et iste quartus modus ad huc potest mea sententia subdividi secundum quod duplex est ratio scilicet formalis et oblectiva ut de conceptu distinximus.

Poterat potius alius modus univocationis perfectioribus omnibus scilicet quando una res natura numero et indivisibilis pluribus realiter distinctis communicatur ut est essentia divina tribus personis communicata: sed hanc non posuimus quia Franciscus de marchia ponens in suo primo sententiarum dictos quatuor gradus univocationis locutus solus est de univocatione possibili esse in creatura iste autem modus univocationis immediate dictus non est possibilis alicui nature creaturę secundum hunc modum id est prout est in sacro concilio constantinense data opinio de unitate nature communis in ordine ad sua plura supposita et non secundum modum secundum quem communiter ab scotistis tenetur quavis Paulus venetus et in methaphysica et in predicamentis videatur asserere identitatem nature communis in suis suppositis quod non pertinet ad propositum disputare.

Primus gradus univocationis et solum in specie specialissima: que suis in dividuis communicatur secundum omnia illa quatuor que sunt hec eadem ratio idem modus essendi id est gradus perfectionis et idem ordo essentialis unde secundum aristoteles secundo methaphysice ordo essentialis est inter species non autem inter individua.

Secundus gradus univocationis minor potest esse in generibus subalternis quibus in ordine ad suas species est descensus secundum eundem ordinem

essentialiter per aristoteles septimo methaphysice non tamen descendit secundum eundem gradum perfectionis essentialis quia alium gradum perfectionis animalis habet homo quam brutum propter quod dicit philosophus septimo philosophorum quod latent equivocones in generibus.

Tertius gradus est satis improprie et si reperiri valeat in aliquo reperitur in predicamento quantitatitatis in quantitate discreta id est numero descendit enim numerum secundum eandem rationem numeri in comuni et secundum eundem modum essendi sed tamen secundum alium et alium gradum perfectionis perfectior enim gradum numeri participat ternarius quam binarius. Descendit etiam in ordine quodam essentiali et non ordine superiorum et inferiorum bene tamen per prius in unam speciem quam in aliam.

Sed contra ista videtur obiectio quia aristoteles quinto methaphysice dicit quod species rerum sunt sicut numeri igitur quum species numeri habeant ordinem essentialem ergo species rerum erunt inter se essentialiter ad invicem ordinate et per consequens in genere quolibet in ordine ad suas species non erit secundus gradus univocationis sed tertius.

Ad hoc dices primo quod illa auctoritas non dicit omnimodam similitudinem inter numeros et rerum species et satis est quod ab analogia: quo ad aliquid de quo in secunda regula ante predicamentis tali dicitur.

Dices secundo quod quamvis in ipsis speciebus sit ordo essentialis ut in sua perfectione ad invicem comparantur: non tamen in quantum genus descendit ad eas per suas differentias essentialis.

Sed hoc etiam videtur convenire numeris quia non videtur quo modo genus subalternum numeri descendat ordine aliquo essentiali per differentias essentialis in suas species scilicet binarium: ternarium: hec obiectio non potest intelligi videatur an in via scoti sit numerus distinctus a rebus numeratis: et quid sit numerus an aliquod simplex an aliquod compositum quod

et est secundum eundem modum essendi: quia in animalibus salvatur et bene illo fieri

probat. quod per numerum binarium et ternarium et supponit naturam

per hoc argumentum probatur quod numerum

Aristoteles numerum esse non secundum ordinem sed sicut in eis non per se venit in compositis gradibus univocationis et est subiectum nam per se est velut homo in animalibus habent se aliquem ordinem. Sed sequitur quod in hoc. Consideret ordinem hoc est quod est in quibus: per quod questionem nam aliquid movetur numerum cat. binarius naris ordinationem que habent inter. nam quod est in prioribus sic est quod si habent sicut in celo animalibus partibus partem humanitati et itati sicut in partibus binario et te participat ordinem

Franciscus de marchia.

Paulus venetus.

Aristoteles.

ad ista bene animalibus partibus univocalitate esse animi sunt per rationalitates adesse hominibus et angelis.

Tertius articulus secunde questionis.

In predicamento quantitatis disputabitur et ideo solutio huius obiectionis usque ad illum locum demittitur.

Diceret tamen pro nunc aliquis quod potest esse aliquis ordo essentialis inter species numeri quod ad hoc quod est genus illis communicari: qualis ordo non sit inter alias species alterius generis scilicet quod nullo modo potest genus numeri communicari speciei numeri subsequenti, quin sit tale genus communicatum speciei numeri precedentis id est quod non potest numerus quod est genus id est numeritas communicari ternario quin iam fuerit communicatum binario: quia binarius presupponitur ternario hic autem ordo communicationis generis clarum est quod non reperitur in aliis generibus vel substantie vel qualitatis quia species alię se habent impertinenter: nisi forte in specie que est pars alterius speciei ad bonum sensum, ut in anima et homine.

Sed hec euasio potest dupliciter cauillari primo: quia in esse essentie fit communicatio generis ipsi speciebus quod quidem esse essentie rebus conuenit ab eterno ergo non proprium vniue alteri.

Sed ad hoc diceretur quod esset prioritas nature et non temporis inter vnam communicationem et aliam.

Secundo quia sequeretur quod esset ita bene genus numerus ad suas species quem admodum animal ad suas species quia aliqua vnitas conuenit generi animal quod non conuenit generi numerus: si hoc non habetis pro inconuenienti iam responsum est ad obiectionem.

Ad hoc patet illud concedendum: imo canonicus ad hoc propositum dicit iste tertius gradus vniuocationis accedit ad analogiam unde numerus est vniuocum in quantum secundum vnam rationem descendit in suas species et predicatur de eis: analogum autem est: ut non descendit secundum eundem ordinem: eius enim species habent inter se ordinem essentialem ex quo patet quod ipsa analogia potest stare cum vniuocatione.

Quartus gradus vniuocationis conuenit transcendentibus: sic enim ens descendit in substantiam et accidens ratio enim entis est in se eadem in substantia et accidente habet tamen diuersum gradum perfectionis in eis substantia enim perfectior essentialiter est a toto genere quaz quod libet accidens et substantia presupponitur accidenti, non tamen ex hoc arguitur necessario semper perfectio quia in aliis videmus naturam procedere de imperfecto ad perfectum et ita id quod presupponitur est imperfectius.

Similiter ens habet alium modum essendi in substantia quam in accidente in substantia existit independenter naturaliter ab alio subiectiue in accidente autem ex natura sua oppositum modum essendi: et ideo in predicamentis accidentium non dicuntur esse supposita bene tamen indiuidua in substantia et sunt supposita et indiuidua et suppositum non addit in via Scoti nisi negationem supra indiuiduum.

Iste vltimus gradus vniuocationis est infimus multum habens de equiuocatione quia habet diuersitatem graduum et modi essendi et diuersitatem ordinis et ideo tale potest quodammodo vocari vniuocum equiuocum et analogum. Vniuocum quantum ad vnitatem rationis communis: equiuocum quantum ad diuersitatem graduum et modi essendi. Analogum autem quantum ad ordinem.

Peteret aliquis an per hanc distinctionem possit saluari multiplicitas opinionum de ente: nam aliqui dicunt ens esse analogum alii vero equiuocum alii vero vniuocum: ut primi intelligant quo ad ordinem quo ens descendit in substantiam et accidens. Secundi vero intelligant quo ad vnitatem rationis.

Respondeo quod non ut videtur ex dicendis de vniuocatione entis.

Nota vterius quod possunt poni alii quatuor modi equiuocationis quor quod modis dicitur vnum oppositorum tot

posses vocare istum
dines: ordinem
ppo finem: et talis
in uenire in
is speciebus J.

non magis proprium
in se alteri J.

non

Scotus

modis dicitur et reliquum qui modi gratia breuitatis omittuntur.

¶ Ex predictis patet quod ad vniuocum requiritur duplex vnitas scilicet vnitas nominis significantis et vnitas intentionis significantis capiend^o intentionem pro conceptu obiectiuo ad equiuocum vero requiritur vnitas nominis et intentiones plures ex quo patet quod non est dare medium inter vniuocum et equiuocum quia cum vtrouque sit vnitas nominis ergo vel erit vnitas rationis vel pluralitas si primum erit vniuocum si secundum erit equiuocum et ita habent se sicut vnum et multa inter quod non videtur dari medium.

¶ Sed arguet aliquis contra hoc quia analogum est medium inter vniuocum et equiuocum ergo maledictus est quod non datur inter illa media.

¶ Respondeo vt **franciscus de mayronis** secundo passu predicamentorum quod duplex est analogia prima in qua dicitur vnum de duobus secundum attributionem vnius ad alterum sicut sanitas de virina et animali et homo de viuo et picto et talis analogia cadit sub equiuocatione.

Alia est analogia qua vnum dicitur de pluribus non propter attributionem vnius ad aliud sed secundum prius et posterius vt ens de substantia et accidente et talis analogia videtur cadere sub vniuocatione quia prius et posterius non variat cuiusque rationem formalem et ita non datur medium analogum quod non sit vniuocum vel equiuocum.

¶ Nota ulterius quod in via scoti differt predicari vniuoce et esse vniuocum quia illud potest dici vniuocum quod est eundem rationis et hoc modo albedo cum sit eiusdem rationis in suis substantiis predicabitur in concreto de illis et tale predicatum erit vniuocum: non tamen dicitur predicari vniuoce quia predicari vniuoce est predicari quidditative.

Est preterea sciendum quod

conceptus duplex dicitur ^{quod dicitur} equiuocus vno modo pro omni conceptu pertinente ad quidditatem rei et isto modo tam conceptus generis quam differentie dicitur quidditativus alio modo dicitur quidditativum solus ille conceptus qui predicatur inquit quid sit predicari inquit ex predicabilibus supponitur notum: isto secundo modo conceptus differentie non est quidditativus.

¶ Ex hoc infero quod ens licet sit vniuocum in via scoti quo ad omnia non tamen de omnibus vniuoce predicatur quia non predicetur quidditative de suis propriis passionibus nec de vltimis differentis.

¶ Quomodo duplex sit equiuocum scilicet equiuocans et equiuocatum: similiter duplex vniuocum vniuocans et vniuocatum et de equiuoco a casu et a consilio dicitur dum recitabitur opinio nominatum.

¶ Notandum vltimo secundum viam scoti quod vniuocum et equiuocum sunt termini secunde intentionis et per consequens habent duplex significatum scilicet denominatum et per se significatum denominatum erit ipsa vox significans, vel ipsa res significata. Secundum quod loquaris vel de vniuocante vel de vniuocato per se significatum erit relatio rationis que est secunda intentio fabricata ex actu collatiuo intellectus comparantis signum ad significatum sub hac ratione quod illi respondet vna ratio vel plures rationes: secundum illud nomen exponendo rationem de ratione quidditativa et ita patet quod substantia in diffinitionibus aristotelis capitur pro essentia cuiuscumque sit predicamenti siue substantie accidentis.

¶ In predictis stat sententia scotistarum de vniuocatione et equiuocatione et analogia.

¶ Opinio thomistarum stat in sequentibus dictis.

Primum dictum ad aliquid esse vniuocum non sufficit vnitas conceptus

Franciscus de mayronis.

Primo articulo tertie questionis.

formalis; patet quia tunc secundum thomistas ens comuniter sumptum esset uniuocum quod ipsi negant; sequela patet quia ipsi dicunt quod enti correspondet in intellectu unica formalis ratio; quod patet per Capreolum primo sententiarum distinctione secunda questione prima articulo tertio in solutione tertii argumenti Aureoli contra primam conclusionem primi articuli ubi ita inquit: primo diuersa potest contingere dupliciter uno modo quia in nullo reali conueniunt nec in aliqua forma uniuoce ab ipsis participata nec habent proprie differentias quibus adinueniunt sub illo comuni distinguantur et sic conceditur quod decem predicamenta sunt primo diuersa: ut ponit sanctus thomas primo contra gentiles capitulo. lxxi. ubi sic dicit: prima que se ipsis distinguuntur mutuo negationem includunt ratione cuius negatiue propositiones in eis sunt in media et post sequitur capreolus dicens alio modo quia in nulla intentione comuni conueniunt et sic dico quod nulla duo sunt primo diuersa cum omnia entia conueniant saltem in intentione entis et in conceptu entis.

Sat' tomas

ex qd non Capreolus
int' p' alijs propositionibus
est. hoc & hoc
illud.

Sat' tomas

Si queras per quid illa distinguuntur inter se. Respondeo sicut doctor factus primo sententiarum distinctione. xxii. questione prima articulo tertio ad secundum quod aliter diuiditur uniuocum et aliter equiuocum et aliter analogum. Equiuocum enim diuiditur secundum res significatas. Uniuocum vero secundum diuersas differentias. sed analogum secundum diuersos modos existendi et participandi illum conceptum unde quum ens predicetur analogice de decem generibus diuiditur in ea secundum diuersos modos.

habere

Paulus cocinas

Ex quo infert Capreolus dicens et quibus patet quod primo diuersa potest esse vere unam comunem intentionem analogam vel conceptum sub quo illa distinguuntur non per alias differentias sed se ipsis sicut diuersis modis participandi rationem illam.

Idem tenet Paulus cocinas quarto metaphisice questione secunda ubi dicit loquendo de conceptu formali factis constat quod ens dicit conceptum pre-

cisum intellectus enim concipiens ens dicit illud esse ens cuius venit esse etc.

Ex quo infero quod diuersitas scotistarum et thomistarum de uniuocatione entis non stat in unitate et precisione conceptus formalis huic voci ens correspondens et omnia entia significantis: quia ab utrisque talis conceptus conceditur: sed stat in unitate conceptus obiectiualis et scotiste dicunt quod ens dicit unum conceptum obiectiuum precisum ita quod sicut animal dicit animalitatem que abstrahit ab omni natura inferiori: ita ens dicit entitatem que abstrahit et prescindit et naturaliter prior est substantia et accidente. Thomiste uero hoc negant ut in dubijs videbitur.

Secundum dictum uniuocum dicit unitatem conceptus obiectiualis: est tamen aduertendum quod tripliciter potest aliquid conceptus obiectiualis per quod nihil intelligo nisi quiditatem que est in rebus ut apprehensam ab intellectu et abstractam. Dicitur unum primo modo unitate forme sicut est in omni conceptu generico et specifico hominis enim conceptus obiectiualis est humanitas que de se est una natura in omnibus hominibus unitate conformitatis.

Secundo modo dicitur conceptus esse unus unitate analogie et comparationis et istud contingit quando conceptus formalis correspondet tanquam conceptus obiectiualis inmediate multitudo plurimum naturarum quarum una non dicitur talis nisi in ordine ad aliam.

Tertio modo potest conceptus esse unus unitate distinctionis et hoc est quando conceptus formalis non correspondet precise una natura nec multitudo naturarum determinate sed bene sub distinctione.

Capreolus in supra dicta questione dicit quod ens dicit unum conceptum obiectiualem et non unitate forme sed unitate analogie pro quanto ens dicit deum et creaturam et substantiam et accidens: ita quod omnia hec inmediate dicit: sed tamen unum eorum non est nisi in ordine ad aliud puta ens finitum per analogiam ad ens infinitum et accidens in ordinem substantia que secundum aristoteliem accidentia non sunt entia.

sed entis entia.

Capreolus. **U**nde Capreolus respondens ad argumentum illud comune scotistarum scilicet quod sit aliquem esse certum de aliquo quod sit ens dubitando an sit deus vel creatura substantia vel accidens ergo ens dicit conceptum distinctum et ponentem in numero cum conceptu dei vel creature vel substantie vel accidentis: quod alias idem conceptus esset certus et dubius dicit hoc modo dicitur generaliter quod utique bene probat quod ens habeat unum conceptum comune deo et creaturis et decem predicamentis sumendo conceptum pro conceptione quam intellectus format dum concipit ens. Si autem loquamur de conceptu obiectuali qui non est aliud quam intelligibile quod obicitur intellectui formanti dictam conceptionem: sicut natura humana diceret ut conceptus obiectivus illius intellectus qua intelligitur homo in quantum huiusmodi: tunc distinguedus est de de unitate quia vel potest intelligi de unitate attributionis: eo modo quo multa habentia attributione ad unum dicuntur unum attributive. Vel potest dici de unitate attendit penes aliquam formam vel naturam que participatur a multis qualis est unitas generis vel speciei: humanitas enim in omnibus est una forma non quidem actu nec potentia extra intellectum sed aptitudine: sic quod non stat ex parte illius forme quin sit una: sed ex alio scilicet ex principiis individuibus illam vel ex differentiis dividitibus eam: Si loquamur de primo modo unitatis: sic conceditur quod ens habet unum conceptum comune deo et creaturis obiectivalem unum quidem per attributionem: non per indivisionem alicuius forme eis participare: sed unum per attributionem: quia creature dicuntur entia ex limitatione et attributione ad eum et ulterius accidens ex imitatione substantie et attributione ad illam et ideo ille conceptus obiectivus non est unus tanta unitate: quanta conceptus obiectivus generis dicitur unus vel conceptus speciei sed multo minore.

Tertium dictum quamvis hec que dicit capreolus a multis hominibus istis approbentur. Paulus tamen hoc non minori ut opinor ingenio quamvis auctoritate minori atque in eadem secta sancti thome insudatur vi-

gilantissimus in suo quarto methaphisice questione tertia affirmat predictum modum dicit non esse sufficientem contra quem arguit duabus rationibus que quantum concludant iudicio legentium reliquo examinandum rationes sunt que sequuntur.

Prima ratio impossibile est intellectum distribuire aliquem terminum communem nisi apprehendat totum eius primum significatum: sed intellectus dicendo omne ens est ens non apprehendit actu decem genera prima hac deum et creaturam igitur intentum.

Nota quod dicit in maiore propositione primum significatur: quia dum dico omnis homo non oportet concipere quod libet suppositum humanus: quia supposita sunt significata secundaria sed oportet concipere totam naturam humanitatis et in hoc sensu acta maior non potest rationabiliter negari minor autem probatur quia quilibet experitur in se quod dum dicit omne ens non apprehendit actu decem predicamenta.

Secunda ratio que michi videtur melior in omni vera predicatione essentiali oportet quod predicatum conveniat subiecto secundum totum significatum predicati: ut patet discurrendo in omnibus: cum enim dico albedo est color: sensus est quod natura coloris est in albedine: cuius ratio est quia omne superius includitur quidditate in suis inferioribus. Sed nulla res est de qua vere predicatur omnia decem predicamenta et deus et creatura ut satis patet ergo ens non significat omnia ista determinate prima sui significatione.

ad istas rationes qui vellet respondere dicit ad primam concedendo maiorem et ad minorem dico quod experimur nos dum concipimus ens non apprehendere actu decem predicamenta et deum et creaturam per conceptus formales et proprios cuiuslibet illorum bene tamen per aliquem unum conceptum analogum in quo omnia illa. Cui ita dicitur significatur attribute ut ex dictis Capreoli patet.

Ad secundam diceretur quod maior est vera in omni predicatione essentiali et quidditativa alicuius predicati uniuocati alicui

et sic dico quod non stat scilicet de aliquo quod est ens et dubitatur de deo ut de substantia vel accidentibus habendo immutabilem conceptum obiectivum

Capreolus

Paulus hoc dicit

Primus articulus tertie questionis.

ri: vnam formam seu naturam obiectiualem non tamen in conceptu analogo dicere plures formas seu naturas secundum prius et posterius quemadmodum ens dicitur ex declaratione facta.

Paulus 60
omas.

Quartum dictum modus igitur opinandi pauli concinatis iste est quod ens dicitur substantiam et accidens sub distinctione capiendi substantiam pro ut est commune substantie predicamentali et ei que non est in predicamento: ita secundum hunc doctorem id est sic dicitur hoc est ens ac si diceretur hoc est substantia vel accidens: ita quod ista simpliciter categorica hoc est ens equipolet isti de predicato distincto hoc est substantia vel accidens et quia hoc distinctum vere et necessario et essentialiter de omnibus verificatur admodum quod a firmatio et negatio acceptis sub distinctione de omnibus verificatur per philosophum quanto metaphysice ideo ens de omnibus essentialiter predicatur et similiter intellectus distribuitur: ens apprehendit totum eius primus significatur quia apprehendit istud distinctum.

Iste modus opinandi licet possit probabiliter defendi videtur tamen mihi continere aliqua dubia et obscura quia queritur quomodo intelligitur quod hoc propositio hoc ens equi valeat huic hoc est substantia vel accidens quia vel in consequendo vel in significando secundum divisionem in schola summulistarum satis vulgaram.

Si primo modo verum dicitur et ab omni opinione concedendum et tamen ex illo non inferitur quod conceptui formalis ens obiectiui pro conceptui obiectiuali illud distinctum ut clare constat: quia tunc conceptui formalis de ly animal sequeretur quod obiceretur pro conceptui obiectiuali hoc distinctum rationale vel irrationale quod tamen est falsum et ab eodem negandum.

Si secundo modo hoc est falsum secundum eum quia ille propositiones dicuntur equi valere in significando ut suppono que eidem mentali sub ordinantur sed ille duarum propositiones scilicet hoc est ens et hoc est substantia vel accidens non subordinantur eidem mentali igitur non equivalent in significando maior nota cum bonitate patet minor vero patet secundum eum quid dicit quod si ens dicitur unicus conceptum formalem cui illa vox ens subordinatur

sed illud distinctum substantia vel accidens sub ordinatur conceptui distincto ut constat primus conceptus autem erat simplex igitur ly ens et illud distinctum non subordinatur et eidem conceptui nec per consequens propositiones ille quartum predicata sunt illi termini non subordinantur eidem mentali propositioni cum propositio dicatur subordinari ratione conceptuum correspondentium partibus eius.

Preterea licet dicitur distinctione factam per actum sine categorizatum fabricatum ab intellectu: ergo licet vel non potest se tenere ex parte obiecti quod intellectui obiectiatur sed potius ex parte intellectus secundum tamen predictus doctorem illa distinctio non est in conceptu formali qui se tenet ex parte intellectus: ergo ex nulla parte ponenda est talis distinctio et ideo propter ista et alia que gratia breuitatis omittuntur tenemus opinionem et modum dicendi ipsois capreoli esse probabiliorum et magis ad mentes sancti doctoris pro quo declarando ponitur aliud dictum

Cap: 301

Doctor: 10

Quintum dictum sanctus thomas de potentia dei questione septima articulo quinquagesimo significare vult quod species et conceptus: nes quas intellectus noster accipit a creatura sunt quedam similitudines dei et ideo illis intellectus noster intelligit deum: dicit enim sic intellectus noster quibus rebus creatis cognitiones accipiat: informatur similitudinibus perfectionum in creaturis in ventarum sicut sapientie virtutis bonitatis et huiusmodi unde sicut res create per suas perfectiones aliquantulum licet diffidenter deo assimilantur: ita et intellectus noster harum perfectionum speciebus in formatis scilicet deo assimilatur quantum documque autem intellectus noster per suam formam intelligibilem alicui assimilatur: tunc illud quod concipit et nunciat secundum illam intelligibilem speciem: verificatur de re illa cum per speciem suam assimilatur nam scientia est assimilatio scientis ad rem scitam unde oportet quod illa que intellectus harum specierum similitudinibus informatus de deo cogitat vel enunciat: in deo vere existat qui unicusque a ruz sperum predictorum respondet: sicut illud cui omnes sunt similes si autem huiusmodi species intelligibilis nisi intellectus diuina etiam ad eam ret in assimilando: ipsam comprehenderet et

ipsa conceptio intellectus esset perfecta dei ratio: sicut animal gressibile bipes est perfecta ratio hominis: non autem perfecte diuinam essentiam assimilat ut dictum est. Et ideo licet huiusmodi nomina que intellectus ex talibus conceptionibus deo attribuit significant illud quod est diuina essentia: non tamen perfecte ipsam significant secundum quod est: sed secundum quod a nobis intelligitur et ad hoc propositum in sequenti articulo eiusdem questionis dicitur deceptiones perfectionum inueniuntur in creatis sunt imperfecte similitudines et non eiusdem rationis cum diuina essentia unde nihil prohibet qui ipsa una essentia omnibus predictis conceptionibus respondet quasi per eas imperfecte representata et sic omnes ille rationes sunt quidem in intellectu nostro sicut in subiecto sed in deo sunt in radice verificante has conceptiones.

Cristus concludo fuisse de mente sancti thome quod ens sapiens bonum et iustum et filia que sunt communiter dicta de deo et creatura non dicunt duos conceptus unum dei et alium creature sed eundem qui tamen est imperfecta ratio dei et perfecta creature quo tamen concipitur deus et creatura et ita intentiones importat per illa nomina sunt in deo et in creature eo modo quo intentionis dicitur esse in re non scilicet subiective sed sicut in fundamento veritatis sue licet ille intentiones perfectius fundamentum habeant in deo quam in creature cum hoc tamen stat quod imperfectius representant deum quam creaturam: ex eo scilicet quia sunt immediate sumpta a creatura et non a deo cuius oppositum contingeret si essent immediate ab ipso deo accepta sicut in beatis. Unde ille intentiones mea sententia specificè distinguuntur a nostris propter quod nulli debet esse mirum si beatis ista sunt personarum deus est ens deus est bonum deus est sapiens et non nobis quod alibi est disputandum quam in presenti scilicet in libris posteriorum et in tertia distinctione primi sententiarum.

Sextum dictum collectorie igitur illud nomen vocatur uniuocum cuius respondet unicus conceptus formalis et conceptus obiectiuus unicus unitate nature nota tamen quod duplex potest esse uniuocum scilicet uniuocum denominatum: et alterum quid est uniuocum essenziale uniuocum denominatum dicitur quod secundum unam rationem de no-

minatiue predicatur de pluribus ut esse album dicitur secundum eandem rationem de mure et de homine. Sic similiter esse genus dicitur secundum eandem rationem de substantia et accidente.

Aliud est uniuocum essenziale quod essentialiter et uniuoce predicatur de pluribus et de hoc intelligitur distinctio aristotelica de uniuocis.

Nota ulterius quod uniuocum denominatum potest ad hoc subdividi scilicet quoddam est uniuocum denominatum reale aliud est uniuocum denominatum intentionale. Primum dicitur illud quod de formalis significato importat accidentis reale siue absolutum siue respectuum secundum dicitur illud quod de connotato importat aliud quod ens rationis: quemadmodum sunt omnes termini secunde intentionis et non est inconueniens omnia predicamenta et in hac via sancti thome uniuocari in aliquo uniuoco denominatio intentionalis. Unde accidens si capiatur secunde intentionaliter quem admodum porphyrius de accidente locutus est scilicet ut importet aliquid ens rationis diuine predicameta excepto predicameto substantie uniuocantur in accidente sed si capiatur accidentis realiter et metaphysice tunc dicitur quidem unum conceptus formales scilicet esse id cui ex natura sua debet esse inherenter: non tamen dicitur unum conceptum obiectiuum unitate forme: sed bene unitate analogie: quia ratio illa inherenter per prius dicitur de uno accidente quam de alio: quia quantitas dicitur inherere quia est mensura substantie et qualitas quia est modificatiua et sic de aliis impossibile tamen si aliquid uniuocum essenziale vel uniuocum denominatum reale esse pluribus predicamentis comune quod alias tunc nullum illorum predicamentorum esset genus generalissimum.

Ex dictis de uniuoco colligitur quid sit equiuocum nomen: quia est significans sua significata nec uno conceptu formali nec obiectiuo secundum illud nomen additus est notanter secundum illud nomen quia bene stat ut clare patet quod illa que per aliud nomen equiuoce significantur per aliud uniuoce significantur ut canis latrabilis: piscis marinus et sidus celeste equiuocantur in hoc nomine canis: sunt tamen uniuoca in substantia

*et horides sunt
sunt in pma
predia meteli*

*aut diffinens si
equiuocus est
correspondet
conceptu form
nec concept
finalis 7.*

univ forme

Secundus articulus de eundem questione.

Quoniam aliquis fortassis secundum doctrinam sancti thome ex dictis colligeret quid esset analogum, scilicet quod sit illud cui correspondet vnicus conceptus formalis et non correspondet vnicus conceptus obiectiuus vnitatem nature scilicet bene vnitatem analogie ut dictum iam est de lyens: scilicet hoc videtur esse falsum quia tunc si homo non esset analogum ad hominem viuum et pictum cum illa non signet vnicum conceptum formalem ut patet secundum omnes: similiter sanum non est analogum ad aial vrinam et medicinam: quod tamen conceditur quarto methaphysice in principio. Pro responsione ad hoc dubium et obiectiones ponit septimum et vltimum dictum.

Sat. tomas

Septimum dicitur sanctus thomas, p. 1. sen. di. xix. q. v. ar. ii. ad primum: dicit esse tres modos analogie: cuius verba quia sunt modicum implicita non ponam scilicet id quod ego per illa dicta concipio.

Primus modus analogie est quoniam analogum in mente signat plures rationes tam formales quam obiectiuas: quarum vna ad alteram habet proportionem siue attributionem quod idem est in proposito: hoc modo homo est analogum ad viuum et pictum et sanum est analogum signat. n. sanitatem aialis et medicine et vrinam de quibus dicitur sanitas secundum diversas rationes ratio enim sanitatis aialis est esse ad euationem humorum et ratio sanitatis medicine est esse causatiuum sanitatis in aiali et ratio sanitatis in vrina est esse signum.

Secundus gradus analogie est quoniam terminus analogus signat vnam rationem que habet diuersum esse in analogatis quamuis bene parificantur talia analogata in tali ratione exemplum sancti thome de hoc est quod sequitur: sicut omnia corpora parificantur in intentione corporeitatis: unde logicus qui considerat intentiones tamen dicit hoc nomen corpus de omnibus corporibus vniuocum predicari: scilicet esse huius nature non est ei de rationis in corpore b. corruptibilis et incorruptibilis unde quantum ad metaphysicam et naturalem qui considerant res secundum suum esse nec hoc nomen corpus nec aliquid aliud dicit vniuocum de corruptibilibus et incorruptibilibus non innoxior in presenti in declaratione huius dicti sancti thome quod nepe sine dubio indigeret satis magna discussione.

Tertius gradus analogie est quoniam terminus analogus signat vnam rationem in

qua non parificantur analogata nec etiam in esse et hoc modo ens est analogum: nam entitas habet esse in substantia et accidente scilicet perfectius in substantia quam in accidente et ideo conceptus formalis entis est in substantia et accidente tamquam in fundamento sui veritatis et perfectius esse in substantia quam in accidente.

Ex his patet quod primus modus analogie accedit maxime ad equiuocationem. Secundus modus analogie bene patitur secundum vniuocationem ut patet ex exemplo sancti thome tertius vero modus est propriissima acceptio analogie que proprie debet distingui cum vniuoco et equiuoco. Ex omnibus dictis satis patere existimo quid thomiste de vniuoco et equiuoco et analogo sentiant quare accedo ad tertiam opinionem nominalium.

Quia dictum est secundus modus dicendi realium de conceptu obiectiuo videndum nunc est an in via nominalium sit ponendum aliquid quod tamen habeat esse obiectiuum et nullo modo reale. pro quo sciendum est quod guillelmus de ham li. primo sententiarum di. secunda, q. octava post impugnationem plurimum opinionum de vniuocis: ponit duas opiniones quas reputat esse eque probabiles et in fine questionis dimittit illas arbitrio et iudicio aliorum ad iudicandum que sit verior.

Prima opinio est quod id quod vocatur a logicis vniuocum non est res aliqua nec substantia nec accidens: nec habet esse subiectiuum id est actuale vel reale nec extra animam nec in anima: scilicet est quoddam fictum ab intellectu habens tamen esse obiectiuum in anima cuius esse non est aliud nisi cogitari vel intelligi ab intellectu: unde imaginandum est quod intellectus noster cognoscens communiter rem aliquam fingit in mente communi similem rei seu similitudinem eius que talis est in esse obiectiuo qualis est res extra a qua fingitur: in esse subiectiuo: sicut artifex fingens domum extra: similem fingit intra: similem inquam non realiter quia illud fictum nichil reale est: scilicet ideo similem quia tale est in esse obiectiuo. id est in interiori apparentia vel representatione qualis est domus extra in esse subiectiuo et si intellectus haberet vim productiuam sicut fictiuam produceret domum in esse reali et subiectiuo ad extra solo numero a prioribus in esse obiectiuo distinctas.

Pro defensione huius opinionis

Gabriel!
q duplex sit ob
lectus

Gabriel libro primo sententiarum distinctione seculi octava questione octava ponit hanc distinctionem scilicet quod duplex est obiectum terminans nostrum actus intelligendi: quoddam est ultimum transcendens actum intelligendi in quo scilicet intellectus quasi qui escit suo actu non rededo ultra in aliud et illud potest dici obiectum mouens et hoc presupponitur actui et est causa partialis cognitionis secundum Augustinum. Aliud est obiectum immediate transcendens quod est quasi medius quodammodo quod intellectus per actum cognoscendum tendit in obiectum ultimum et illud obiectum non mouet ad formationem actus intelligendi: sed actu intelligendi constituitur vel fabricatur in suo esse obiectiuo et illud non precedit actum intelligendi sed sequitur et est posterior actu natura non tempore: quia eius esse non est nisi intelligi et ita eo quod actus intelligendi est: intelligitur huiusmodi fictus et hoc intelligi est suum obiectiuum esse.

Notabis preterea quod iste conceptus fictus obiectiuus secundum distinctionem xxx. v. primi libri sententiarum non est ponendus in cognitione intuitiva nec in abstractiva immediate sequente talem intuitivam et sinonima cum ea in singulariter repetendo sed solum ponitur in cognitione abstractiva comuni seu vniuersali.

Hec opinio probatur ab Ocham per multas rationes et precipue ex modo loquendi beati Augustini dicitur in libris de trinitate intellectum in cognoscendo fingere aliquid. Postea ipse met Ocham in fine questionis dicit cui non placet ista opinio de talibus in esse obiectiuo potest tenere quod conceptus et quodlibet vniuersale est aliqua qualitas existens subiective in mente que ex natura sua est signus rei extra sicut vox est signus rei ad placitum instituta. Et paulo inferius dicit verumtamen ista opinio posset diuersimode poni vno modo quod ipsa qualitas existens subiective in anima que dicitur vniuersale esset ipsa met intellectio. Aliter tamen posset poni quod ista qualitas esset aliquid aliud ab intellectu et posterior ipsa et tandem finaliter dicit quodlibet istarum trium opinionum reputo probabilem sed que illarum sit verior relinquo iudicio aliorum.

In scola nominalium iam nunc prima istarum opinionum reputat omnino irrationalis et vltima non tenet et ideo defendi

tur secunda opinio totis viribus secundum quam dicendum est quod cum omnis pluralitas sine necessitate sit fugienda et ideo ponatur ab aliis fictum illud ut cognitio vniuersalis habeat obiectum vniuersale quod non oportet ob hoc ponere quia sufficienter saluatur veritas cognitionis per plura obiecta singularia que primo per cognitionem communem et vniuersalem representata quia se ipsis aliquantulum essentialiter conueniunt vel accidentaliter suo modo et quod ille qualitates anime que sunt cognitiones communes sunt similes ipsis rebus quarum sunt similitudines non in essentia quia ille sunt accidentia spiritualia obiecta vero ipsa sunt frequenter substantie vel accidentia corporalia sunt igitur naturaliter similes in representando quia representat res ipsas sicut sunt realiter cum suis conditionibus et habitudinibus.

Nota ulterius quod propter equiuocationem vitandam in locutione distingue de conceptu quod vno modo capi potest participialiter est res que concipitur id est actu intelligendi cognoscitur et sic conceptus est obiectum intellectus transcendens actum intelligendi scilicet quelibet res cognita.

Aliomodo capitur nominaliter et tunc conceptus est ipsa cognitio qua res cognoscitur quomodo solet capi communiter inter minis et nihil aliud est secundum istam communem nominalium opinionem quam ipsemet actus intelligendi: qui potest esse duplex scilicet categoricatus et syncategorematicus secundum quod significat aliquid vel aliqua vel secundum quod significat tantum aliquantulum quod ex alio loco presupponitur iam scitum.

Dico igitur finaliter quod terminus dicitur vniuocus vel equiuocus in via nominalium a conceptu sibi in anima correspondente quia si significat sua significata mediante diuersis conceptibus totalibus non synonymis vocat equiuocum equiuocans et sua significata equiuoca equiuocata. Si vero significat sua significata mediante vno conceptu dicitur vniuocum vniuocans et sua significata vniuoca et non est inconueniens eundem terminum esse vniuocum sicut equiuocum: ut patet de ly canis qui in ordine ad tria sua significata dicitur equiuocus quia illa significat mediante diuersis conceptibus totalibus non synonymis: sed in ordine ad quodlibet suorum significatorum dicitur vniuocus ut facile patet

Tertius articulus secunde questionis.

ter ex distinctione uniuoci.

Capio in proposito conceptum large pro actu synchategorematico quia bene est etiam equiuocatio in significando aliquo aliter ut patet de ly non quando tenetur neganter et quando tenetur infinitate equiuoce tenetur quia mediantribus diuersis actibus synchategorematicis similiter ly omnes quando tenetur distributive et collectivae.

Sed contra hoc fit argumentum commune quia capiendo illud signum omnes et arguo sic si ly omnes teneretur equiuoce esset equiuocum equiuocans et ultra ergo haberet equiuocum equiuocatum sibi correspondens consequens est falsum ergo illud ex quo sequitur falsitas consequentis patet nam alias sequeretur quod terminus synchategorematicus secundum opinionem commune significant aliquid et non aliquo aliter tamen quod est falsum ut suppono.

Ad hoc potest dupliciter responderi primo concedendo quod est equiuocum equiuocans et quando infero ergo habet equiuocum equiuocatum sibi correspondens nego consequentiam et si probetur ex natura relationum dico quod quando solet dici quod equiuocum equiuocans et equiuocum equiuocatum se habent relative intelligitur de equiuoco equiuocante significante aliquid vel aliquo aliter in modo illud de quo arguitur.

Secundo potest dici concedendo consequentiam et dicere quod equiuocum equiuocatum termini synchategorematici qui equiuoce tenentur est cathegoreuma vel cathegoreumata quae a tali synchategoremate determinantur.

Ex quo infero quod ista definitio non est sufficiens que communitur equiuocum equiuocatum est res per terminum equiuocum in quantum equiuocum significata quia hoc non est verum de equiuoco equiuocato termini synchategorematici bene tamen illa definitio est vera de alio equiuoco equiuocato debet igitur addi illi definitioni sub disiunctioe vel est terminus per tale synchategorema equiuocum determinatus.

Solet ulterius diuidi terminus equiuocus in equiuocum a casu et equiuocum a consilio; unde equiuocus a consilio est terminus equiuocus significans plura unum per

prius et alterum pro posterius: et si per quamdam similitudinem significat vocatur analogum de quo dantur communes ille due regule prima analogum per se sumptum stat pro famosiore significato secunda talia sunt subiecta qualia permittuntur ab eorum predicatis.

Equiuocum vero a casu est terminus equiuocus sua significata eque primo significans ut canis.

Sit argumentum ad hoc quod homo uniuoce significet hominem uiuum et pictum quia signat mediante eodem conceptu igitur patet quia et conceptus hominis uiui representat hominem pictum et conceptus hominis picti representat hominem uiuum: pro quanto homo uiuus et homo pictus sunt similes ergo quod representat unum similem debet reliquum representare et argumentum currit magis.

De conceptu hominis picti quia est impossibile quod aliquis formet conceptum hominis picti ut pictus est quin representetur homo uiuus per talem conceptum.

Ad hoc respondeo primo quod conceptus absolutus hominis uiui est impossibile quod representet hominem pictum: quia talis sumitur ab essentia rei et non potest representare nisi rem ubi sit essentia similis et eiusdem rationis.

In surget contra hoc aliquis subtilis garrulus et importunus quia idem est homo uiuus et homo pictus ergo dictum nullum patet quia si plato sit similis sorti potest dici imago sortis et pictura: pro quanto habet similes proportionales lineales hoc argumentum quod ridiculum et nullius ponderis dimitto.

Dico secundo quod conceptus connotatiuus hominis uiui connotando tale corporalem dispositionem et figuram bene potest imo de facto representat homines pictos et tunc non sequitur quod iste terminus homo sit uniuocus ad uiuos et pictos quia talis terminus homo non est impositus ad signandum secundum talem conceptum quod ex usu communi supponitur quis hoc aliunde probari non potest: bene tamen posset imponi aliquis terminus de nouo ad signandum hominem uiuum et pictum mediante illo conceptu et tunc nullum inconueniens contra nos.

Dico tertio quod de homine pi-

no est illud

et o sicut et de qualibet imagine potest forma
ri duplex conceptus: vnus in quantum res que
dam est et iste non est necesse quod representet
nobis hominem viuum.

Alius potest formari conceptus
in quantum est imago et de tali pono hanc regu
lam omnis noticia alicuius imaginis vel signi
ni vt imago vel signi est representat illud cui⁹
est imago vel signum.

Notabis in presenti triplicem signi
ficationem scilicet grammatice logicam et me
thaphysicam significatio ad placitum vel ex
impositione est significatio grammatice signi
ficatio naturaliter propria vt formalis noticia est
logice et significatio naturaliter communitate est
methaphysica qz cuiuslibet enti in quantum ens
conuenit qz est pro quanto potest esse obiectus
concurrere ad cognitiones ratione huiusmo
di significationis non dicitur proprie res signi
ficans equiuocare vel non equiuocare s; ratione alia
rum duarum: inde est quod antiqui dicebant
quod equiuocatio nullo modo cadit in mente qz as
piciant solum ad significationem naturali
ter propriam: et ad placitum: nam si ad signifi
cationem naturaliter communitate habuissent res
pectum non possent euadere. quia iste conceptus
homo vltimat⁹ in anima representaret homi
nes se ipso naturaliter proprie et vltra hec repre
sentaret semetipsum naturaliter communitate ob
iectiue mediante conceptu reflexo sui ipsius.

Imo quod magis est non inuenitur
in tota logica proprietate aliqua tributa termi
no alicui ratione huius significationis natura
liter communitate nisi fortassis sola suppositio ma
terialis ex his concludo quod equiuocatio proprie
conuenit voci qz nullus conceptus de significa
tione naturaliter propria equiuoce representat
que quidem significatio ipsi conceptui propri
ssima de quibus conceptibus et suis significa
tionibus est potissima logica consideratio et de
per accidens de vocibus et scripturis. Et sic
est finis primi articuli.

Secundus articulus.

Sequitur secundus articulus
in quo sunt ponenda dubia.

Primum dubium que dicantur
denominatiua ad quod primo respondet secun
dum scotum et secundo secundum thomas et ter

tio secundum nominales.

Pro opinione scoti pono sequen
tes propositiones.

Prima propositio secundum sco
tum in quolibeto questione tertia illa est proprie
predicatio denominatiua que predicatum non inclus
dit in conceptu formali subiecti et dat exem
plum vt corpus est animatum anima. n. importa
ta per predicatum non est de intellectu corporis
vt est alia pars compositi.

Sed tamen capiendo large predicati onem
denominatiua potest diuidi in denominatiua de
per se et denominatiua de per accidens et deno
minatiua de se quod dicitur a priori quod dicitur a po
steriori: exempla istarum sunt homo est albus homo est ra
tionalis homo est risibilis.

Denominatiuum et concretum impro
posito pro eodem capiuntur et solet dici commu
ter quod triplex est denominatiuum. scilicet voce tamen signi
ficatione tamen voce et significatione simul: exemplum
primum vt studiosus et studium. exemplum secundum vt
studiosus et studium. exemplum tertium vt albus et al
bedo. in quo concretum differt ab abstracto in sola
finali terminatione vocis et conuenit in princi
pio et secundum illud abstractum denominat aliud
tale concretum vnde omne concretum denominat
aliquid tamen a suo abstracto tanquam a forma stat
tum aliquod quod abstractum supponit pro illo pro
supponit suum concretum et e contra vt in diuino de
us veritas et in talibus non proprie fit denomi
natio vni⁹ ab alio: in aliis autem concretum non sup
ponit pro alio pro quo suum abstractum.

Secunda propositio secundum iohannem cano
nicum. li. ii. phisicorum. q. ii. duplex est abstractio que
dam est realis et quodam est realis (realis vocat illa que
ponit vna res pro alia existere quomodo in intelle
ctus operatione seclusa vt potest exemplificari de ab
stractione idearum secundum modum dicendi plonis
et hoc modo nec nam abstractio a supposito nec acci
dens a subiecto alia est abstractio intellectus. i. que
fit per intellectum prescindendo ab alio per cogni
tionem et hec est duplex vna vni⁹ nature que finis se est
pro: alia posterior. i. sibi accidentalis. alia
est abstractio non nature absolute ab alia s; alicui
nature sub aliquo modo considerandi priori a se ip
sa sub modo posteriori exemplum secundum vt cum abstra
hit quantum a quali quantitas. n. prior est ipsa quantitate
exemplum tertium vt cum natura specifica abstractio ab
ipsa dicitur in diuino et intelligit sub modo con

quod quod triplex scilicet
quod sit et quomodo
predicatio denominatiua

exemplum gra albedo in
albedo et albus

Johannes canonicus
quod duplex est
abstractio
exemplificari.

quod abstractio

quod duplex est abstractio
fuit.

Tertius articulus secunde questionis.

quibus istarum abstractionum potest fieri aut per intellectum
 actionem precisam et hoc est actu simpliciter intellectus
 quoniam ad tale precise intelligit et absolute. I. in ista
 rationem itaque non secundum aliam quous in re ipsa utrum
 quod sit compositum, aut per intellectum divisionem hoc est
 per actum intellectus negativum quo dicitur hoc non esse
 illud. I. non esse compositum illi in abstractione precise
 uia non est falsitas; huius in abstractione divisionis
 et de hac ~~secunda~~ intellexit aristoteles. li. secundum
 philosophorum quod abstrahentium non est mediatum.

prima

Tertiappo ex sententia scoti primo
 sen. di. v. questione prima colligitur quod in tribus
 potest fieri abstractio per intellectum. scilicet in substantia
 in accidentibus absolutis et in accidentibus relatiuis

De primo dicit accipiendo susta
 siue simpliciter siue composita precise secundum rationes
 suas formales et quod dicitur: tunc est abstractio a sup
 posito proprie nature et quod comiter substantie non
 sunt nate concernere aliquid alterius nature ideo ibi
 ista abstractio est maxima et ideo solet vocari ul
 timata abstrahendo. n. nam huiusmodi a supposito
 tunc sunt illius nature abstrahitur cum concipitur
 per conceptum correspondentes huic tunc huiusmodi non
 remanet ulterius abstractio alia ideo illud ut si
 conceptum precise: quod cuius alio straneum: sicut dicit
 auicenna. v. methaphisice ca. primo et secundo
 quod equitas est tantum equitas et nihil aliud.

De secundo dicit scilicet in accidentibus
 quanto plura possunt concernere tanto plures po
 ssunt fieri abstractiones: concernunt quidem acci
 dentia supposita alterius nature hoc est subiecta
 quibus inheret et scilicet ab his abstrahatur concer
 nunt tunc individua proprie nature sicut album con
 cernit lignum et scilicet ab hoc abstrahatur albedo
 tunc ad hoc concernit albedinem hanc et illas que
 sunt individua sua: et ideo ulterius potest fieri abstra
 ctio quod dicitur a supposito quod dicitur est fieri in
 subiectis et illa circulo quod per hoc complexum quod
 dicitur albedinis. I. per hoc incomplexum albedinis
 tas: illa ut sic concepta non concernit aliquid suppo
 situm. I. individuum eiusdem nature nec alterius.

De tertio dicit in relationibus
 etiam quod plura concernunt: adhuc plures possunt esse
 abstractiones. concernit. n. relatio suum proprius
 individuum fundamentum et substantiam et scilicet abstrahatur
 a posteriori non tamen a priori. **Exemplum** hoc concretum
 quod est causa dicitur de igne qui causat calorem in
 ligno ut de subiecto: scilicet abstrahendo a subiecto
 remanet adhuc concretio ad fundamentum puta si

dicitur potentia causandi. calor. n. est potentia
 causandi calorem non tamen ignis est potentia causan
 di potest fieri ulterius abstractio a speciali modo
 causandi ad proprium genus ut si dicatur causalitas
 et tunc nec ignis nec calor recipit predicationem
 istam: tamen hoc est natura. causalitas est causalitas et est
 ultimata abstractio quod fuit prima et unica in
 subiectis et secunda in accidentibus absolutis et
 tertia in his accidentibus relatiuis.

Ex his infert Scotus ibidem dicens
 apparet quod sit ultimata abstractio: quod quidam
 absolutissime sumptis ab omni eo quod est quo
 cumque modo extra rationem quidditatis.

Quarta propo in eodem loco poi
 nit Scotus quada regulam que ab omnibus scotistis
 magnificatur. scilicet quicquid est in abstractu ultima
 ta abstractione et predicatum ex ratione sua non
 potest proprio esse natura nisi sit per se primo modo. et ideo
 dicitur hac forma eentia generatur nec potest ibi dicere
 predicationem idempticam: si predicatur adiectiue
 capiat ut: sup quo dicitur quod in diuinis substanti
 ua possunt dupliciter predicari quibus formaliter
 quibus per idemptitatem scilicet adiectiua si ponitur
 de necessitate formaliter et de necessitate predicant
 et quia sunt adiectiua nam ex hoc quod adiectiua
 sunt significat formam per modum informatis et
 ideo de nullo de dicuntur nisi quod se habet per modum in
 formati de quo vult formaliter dicuntur: talia sunt
 non tamen adiectiua nomina sed omnia participia et
 verba: semp. n. in suo modo signandi includunt
 facientiam et modum formalem respectu alicuius
 talis suppositi vel denominati: quod ergo predi
 catur idemptice est ipsa predicari modo oppo
 sito suo proprio modo predicandi.

Scilicet contra hanc regulam scoti arguit
Docham in primo sen. di. v. q. prima pbando
 quod sit falsa nam ista est natura eentia concipatur si
 lio et ista eentia diuina videtur ab intellectu crea
 ro et ista eentia diuina creat et tamen in illis predi
 catum est substantium vel participium quod non est natum
 secundum eum predicari nisi formaliter et tamen non
 est in primo modo dicendi per se igitur regula nulla
Preterea ad hoc in creatis conceditur equi
 nitas distinguitur a deo equitas comunicas
 tur suppositis equitas est vna igitur regula illa
 la falsa.

Franciscus de mayronis in con
 flato in hac distinctione et questione prima su
 pra hoc passu dicit illam regulam habere ex

*immo falsum
 quod in abstr
 sic ultimata
 abstractio quod
 transit ad
 postum
 sic vult
 a conceptu
 in abstractu
 sed ultimata
 est ista
 quod magis
 huiusmodi
 ut in 2o*

ptiones quas longum esset enumerare tandem colligitur quod de intelligi regula in predicatis positivis importantibus alia formalitatem ex natura rei subiecto et primo verificabilibus de suppositis qualia non sunt illa de quibus arguitur ut patet inductivè in omnibus.

Quinta propo ex predictis p3 quomodo sunt multi modi abstractorum et per consequens etiam concretorum quia cuius abstracto correspondet suum concretum concernens illud a quo suum abstractum abstrahit: et alicui concreto possunt correspondere plura abstracta unum magis abstrahens quam aliud et istud est quod communiter solet dici quod plures sunt modi abstractorum: et sic patet similiter quomodo non inconuenienter aliquid simul et semel esse abstractum et concretum: nam albedo respectu albi est abstractum et respectu albedinitatis est concretum: solet vltimè dici ab scotistis quod concretum habet duos signatus, scilicet denominatum et per se signatum et ratione per se significati ponitur in predicamento et tale per se signatum importatur per abstractum et illa sunt que proprie ponuntur in predicamento: quauis predicatio superioris de inferiori non possit fieri per abstracta vltimata abstractione quia hec est falsa humanitas est aialitas.

Quomodo albi significet subiectum et etiam solam qualitatem est aliquantula difficultas quia vltimè esse contradictio in illis dicitur: ideo dices quod album solam qualitatem significat de per se significato et hoc sub modo concretione ad subiectum ratione cuius significat subiectum: si petas an significet ipsum subiectum ex impositione dico quod sic improprie tamen quia solus ratione modi significandi cum importat ad subiectum sed dicitur scotistarum videtur quid durum nominalibus ipsi tamen ita volunt et mihi fat est sententias eorum explicare et hec de scotistarum opinione

Thomiste in hac materia de abstractis et concretis parum diuariant ab opinione scotistarum imò quod magis est ne ipsi scotiste glorièntur illa diuisione abstractionis in precisuam et diuissuam ponitur in forma a sancto thoma prima parte, quod lxxv. ar. primo ad primum ubi dicit abstrahere contingit dupliciter vno modo per modum compositionis et diuisionis sicut intelligimus aliquid non esse in alio vel esse separatum ab eo: ex quo notabis tu per affirmationem potest fieri abstractio diuissua.

Alio modo per modum simplicitatis

sicut cum intelligimus unum nihil considerando de alio, abstrahere igitur per intellectum ea que secundum rem non sunt abstracta secundum primum modum abstrahendi non est absque falsitate: sed secundo modo abstrahere per intellectum que non sunt abstracta sed rem non habet falsitatem ut in sensu apparet: si, u. dicamur color est non inesse corpori colorato vel esse preparatum erit falsitas in opinione vel in ratione: si vero consideremus colorem et proprietates eius nihil considerantes de modo colorato vel quod sic intelligimus exprimamus voce erit absque falsitate opinio et orationis.

Per secundum modum abstrahendi est dicendum in via sancti thome quod sit vltimè et quod nulla natura creata est vniuersalis extra intellectum nam in quod predicta ar. secundo in solutione ad secundum dicit cum dicitur vltimè abstractum duo intelliguntur, scilicet ipsa natura rei et abstractio siue vniuersalitas ipsa natura cui accidit intelligi, l. abstrahi vel in re vltimitatis non est nisi in singularibus: sed hoc ipsum quod est intelligi vel abstrahi vel in re vltimitatis est in intellectu et ipse, s. th. ad hoc affert simile, visus, u. videt colorem potius in eum odore si ergo queratur ubi sit color qui videt sine odore manifestum est quod color qui videt est impotens sed sit sine odore perceptus: hoc accidit ei ex parte visus in quantum in visu est similitudo coloris et non odoris similiter humanitas que intelligitur

non est in hoc vel in illo homine: sed quia humanitas apprehendat sine individualibus conditionibus quod est ipsam abstrahi ad quod sequitur intellectio vltimitatis accidit humanitati secundum quod percipitur ab intellectu in quo est similitudo nature spiritus: et non individualium principiorum, de his vltimè ad mentem sancti thome vide capiteolum, li. iiii. sen. di. v. q. iiii. in prima conclusionem primam ar. et in solutione ad argumenta contra eandem primam conclusionem

Si aliquis petat an natura vniuersalis habeat in via sancti thome aliquam vnitatem realem minorem vnitatem numeralem et ut scotiste ponunt.

Ad hoc respondeo per hanc conclusionem: natura vltimè nulla habet actu vnitatem realem sed solam vnitatem rationis ut est obiectivè in intellectu unde quilibet natura tripliciter potest considerari: vno modo secundum se et sic que natura est vna vnitatem potentiali alioquin nomen ipsa significans non esset vniuocum cum de ratione terminum vniuoci sit significare immediate unum hanc autem vnitatem non communicat nam suis

g iii

Capiteolum

tripliciter dicitur que natura. s. p. t.

secundum se.

duplex est abstractio
quodam est per modum compositionis
vel diuisionis. alia per modum simplicitatis

Prim^o articulus tertie questionis.

inferior: iobus s; conuenit nature in illa prioritate nature qua est prior suis indiuiduis hec autem unitas nunquam est actualis s; tñ potentialis: q; sicut natura nō h; actu esse ante indiuidua: ita nō h; actu unitatem: sed ipsa separetur per possibile vel impossibile secundū eē ob omnibus indiuiduis esset actu una secundū esse sic separatū quia non hēret per quid plurificaretur et tñ impossibile est fieri talem naturam uniuersalem separatā ab indiuiduis. Secūdo modo potest considerari natura uniuersalis secundū esse qd; h; in indiuiduis et sic accidit ei unitas et pluralitas: unitas. s. cōformitatis et pluralitas numerica: quid sit ista unitas cōformitatis videbitur in quodam dubio.

Tertio modo potest considerari natura uniuersalis secundū esse quod habet in intellectu pro sui specie repitantiem ipsam prescindēdo et abstrahendo ab omnibus principis indiuiduantibus et sic est una nā remota oibus principis distinctiuis remouet distinctio et res ipsa manet indistincta: s; tamen hec unitas nō est realis q; non conuenit nature extra intellectum: s; est rationis tñ conueniens ei secundū esse quod h; in anima et in hoc stat sententia sancti thome de vltibus et ē media quoddam modo inter duo extrā. s. scotistarum et nominalium: quorū illi indigent habere et lozis: hi vero calcantibus et stimulo conformior tñ est doctor sanctus cū nominalibus q; cū scoto et hec sit fatidixisse pro opinioe thome mereliq; hēri possunt ex declaratione opinionis scotistarū. Sequitur opinio nominaliū de de nominatiuis et abstracto et cōcreto stabit in sequentibus conclusionibus.

Prima conclusio supponendus est quod cuiuslibet termino absoluto potest quātum est ex parte sua correspondere conceptus mentalis in anima absolutus: quamuis illud fortassis pro statu isto nobis nō sit possibile de quo libet: dato igitur tali conceptu absoluto potest esse singularis vel communis. Si sit singularis erit indiuiduū logicū si sit communis est semper talis conceptus absolutus inmediate representatiū plurium indiuiduorum realit; se ipsis conuenientiu in aliqua conuenientia essentiali qua sumitur talis conceptus communis et in talibus conceptibus absolutis nulla penitus est differentia inter concretū et abstrac-

tum nisi solum vocalis quia non ex parte rei significare nec ex parte conceptus significant; quia est impossibile quod de eisdem rebus habeantur duo conceptus absoluti cōuertibiles quum sint sinonimi: quia unus conceptus ab alio non potest differre nisi vel ex parte obiecti vel modi significanti: s; tales non differunt ex parte modi significanti: quia uterq; est absolutus nec ex parte obiecti quia idem representat quum uterq; eorum rei essentiam representet quocunq; extraneo secluso.

Secunda propositio quod quādo theologi faciunt differentiam inter ly homo et humanitas in tertio sententiarum dicendo quod verbum assūpsit humanitatem et nō hominem non capiunt ibi ly hominem absolute quia alias illud esset falsum: quum absolute capiēdo homo supponat pro ente naturali cōposito ex corpore et anima rationali informante ipsum nihil cōnotando: illud autē cōpetit illi humanitati assumpta a xpo q; xps ē unū indiuiduū spēs hūane sicut et quilibet nūz. et isto modo capiēdo xpi diuinū ē hō: imo ē impossibile qd; sit hō. et hoc modo capiēdo necessario concedēdū est q; q; pars integralis hominis sit homo et ei; dē spēs cū toto: q; est cōposita ex forma et materia essentiali eius dē spetiei.

Per ista dicta potest euadi difficultas quā dñi ocham in ceterologio cōclone. v. ubi asserit q; nō omne al' reale mortale ē homo q; probat de humanitate assumpta: q; est al' rationale et mortale nō tñ ē homo. Ad hoc dices qd; capiēdo ly hō absolute hūc est hō et qd; illa distinctio datur de li homo absolute capto et quando in aliquo dicto sancto: nō inueniat dicitū qd; de' assūpsit hominē d; in hac significatione capi ille autem modus loquendi est frequentissimus.

Alio modo potest capi ly homo connotatiue et hoc dupliciter. s. vno modo vt supponat pro cōposito ex corpore et anima rationali cōnotando q; sit suppositum et sic xpi humanitas non est hō et hoc modo est possibile qd; aliquod ens nūc sit et non sit hō et postea incipiat esse hō et tūc ly hō est terminus cōnotatiue accidētaliu in hac secūda significatione nec verbum diuinum est homo.

Tertio et vltimo capitur homo vt supponat pro aliquo cōnotando humanitatem assumptam ab ipso et hoc modo filius dei

quod dicitur una unitas potentiali

quod dicitur quod habet esse in diuisiuis.

quod dicitur quod h; est in intellectu.

ly homo

ly homo
cōpositio
in i. accipit
psit homo
non

Solutio

quod dicitur
in psal. 145

s. l. martinus q; dicit
una unitas in cōposito
formate commune.

est hō et in illa cōnotatione non supponit pro aliquo nostro nisi dicatur quod supponit pro aliquo cōnotando distinctiue scilicet vel quod habeat humanitatez per idēptatē in vel per de pēdentiaz ab eo suppositale et sic quilibet nostrū est hō ppter primā partē cōnotationis

Ex his infero quod si in p̄dicamēto substātie in recta linea scilicet tamquāz genus vel species solum debent poni termini absoluti et nullo modo cōnotatiui : qđ homo vt dicit de verbo diuino non ponit in predicamēto substātie illo mō : nisi vellem dicit vt dicitur e st quod termini cōnotatiui ponuntur in predicamēto ratione formalis significati et nō materialis et ideo bñ ponet in predicamēto substātie vt constat.

Tertia propositio seclusa difficultate prime propositionis .s. an pro statu isto possimus formare cōceptus absolutos substātiarū corporalium est argumētū valde vrgens et comūe quo nituntur p̄bare ex sentētia Gregorij ariminēsis qđ nulli terminus supponens pro re diuisibili sit absolutus et arguit sic et de mōstro aggregatū ex corpore et aīa āte separationez aīa a corpore ista est vera iste binari⁹ est homo ergo ly hō verificatur de illo binario et facta sepatatione desinit de illo verificari ergo ly hō cōnotat talē vnionē qua deficiente desinit supponere p̄ illo binario : quū ibi nō videt deficere materiale significati qđ manet ille binari⁹ oīs aut t̄tus desinit supponere vel desinit supponere ppter defectū significati materialis vel formalis .

Sialiquis dicat vt solet dici qđ desinit supponere p̄ illo binario qđ desinit eē hō tūc pari formā dicā ego qđ ly alb⁹ desinat supponere p̄ forte nō qđ cōnotatio deficiat s; qđ nō est alb⁹ et tūc nō manebit aliquis mod⁹ quo possimus p̄bare aliquē esse terminū cōnotatiū : si n. ly hō diceret absolute et pure de hoc binario partū seclusa vnione qre ille binari⁹ non diceret homo .

hō argumētū difficile quidem nō cōcluderet illis qui diceret totū esse tertā entitatē distinctā a partib⁹ : s; hoc dicere propter solutionē argumēti esset incidere in scyllaz fugiētes vitare caribdi et ideo tērandū est aliter soluere p̄ quo ponit quarta sequens .

Quarta p̄positio qui vellet intē

tū argumēti concedere ex sentētia Gregorij ariminēsis qđ tenet qđ ens solū dī p̄ se et simpliciter de reb⁹ diuisibilib⁹ et de reb⁹ diuisibilib⁹ dī cū addito vt hō nō sit ens s; ens hō dicitur est omnes tales terminos significantes res diuisibiles esse terminos connotatiuos supponunt enim pro tali vel tali re diuisibili connotando vnionem partū ad inuicem vel iformationis vel intensiōis vel continuitatis nam quicumq; alii modi vnionum dentur preter istos tres non sunt sufficientes ad hoc quod faciant vnū ens etiam secundum communem opinionem nominalium non sequendo Gregorij et istos modos vnionum occultos cognoscere ē satis difficile : quia potest esse quod anima sit ita intime presens corpori sicut nunc est et tamen non sit vnita corpori informatiue et per consequens et illa et corpore non fieret vnū ens . An in talibus vnionibus sit danda vnio distincta ab extremis que sit aliquod absolutum vel relatio est alia questio que tangit difficultate relationum et ideo pro nunc dimittitur .

Ex hac opinione sequitur quod nullus conceptus absolutus et transcendentalis potest simpliciter formari de re aliqua composita ex partibus et ita sequitur vel quod nulla substantia corporea ponitur in predicamēto vel quod omnes termini de predicamento substantie et in recta linea sunt connotatiui et etiam genus generalissimum scilicet substantia : quod videtur satis difficile concedere et cōtra communem modum et ideo aliter soluendus est argumētū quāuis illud sit difficile p̄ quo ponitur quinta propositio .

Quinta propositio ad argumētum quod fit de ly homo . An supponat iā post separationez a corpore pro binario ex materia et anima : dicitur quod nō et quod illud nō prouenit propter defectum significati formalis quia illud non habet cum sit terminus absolutus sed propter defectum illius pro quo immediate supponit iste terminus homo quia immediate supponit pro hac entitate demonstrando illam entitatem que est sor. et postea desinit supponere p̄ illa entitate qđ est sor qđ desinit eē illa et ita et quāuis binari⁹ materi⁹ et forme maneat nō t̄n. p̄ terea dicitur qđ maneat si gñatū male immediatū : qđ si supponebat p̄ illo

Sed in dicit Gregorius ariminensis quod dicitur de re diuisibili connotatiue . et dicitur significat vniones

Opinio tertia

Gregorius

et sic

ram videtur in in opinionibus . tionez p̄ dicitur desinit supponere binario qđ desinites . et connotatiue . ante ad ista dicitur

magis intelligi et sciendum hō homo abs. dicitur de verbo diuino

quod tunc tunc supponens pro re diuisibili est absolute

Solutio qđ possit dari

Tertius articulus secunde questionis.

binario erat pro quato ille binarius erat illa entitas et realiter identificatur cum illa entitate: sed nunc quoniam non maneat illa entitas iam ille binarius non identificatur cum illa entitate et prosequitur ly homo iam non verificatur de illo: et non est reputandus hoc magis inconueniens in ipso termino absoluto absque aliqua connotatione: quam reputat inconueniens ab ipsis nominalibus quod ille binarius ante fuisset fortis et nunc non sit fortis et tamen ille binarius manet sine eo quod aliquid sit de perditum quod non identificatur cum isto binario nam nihil tale est de perditum sed hoc secundum non reputat inconueniens a nominalibus ergo nec primum et ego de facto nescire dare aliam solutionem.

Superius autem an hec sit concedenda binarius inae et foris est significatus materiale immediatus huius terminum homo quando ille duo partes constituit unum: dico quod sic ut facile est probare per syllogismum expositorem: cuius hoc tamen stat quod ille binarius non inquantus binarius sed inquantus est hic homo est significatum materiale immediatum de ly homo: imo inquantus hic binarius potest dicendum est significatum materiale mediatum quod potest manere talis binarius non manens significatum materiale immediatum: capiendum ly significatum ut non amplius si hec responsio non placet fingas aliam vel tene responsionem quartae propositionis quam etiam tenuit contra terranum noster hieronimus parado in sua medulla.

Sexta propositio secundum nominales in aliquibus abstractis terminorum connotationum abstractus supponit pro alio ab illo pro quo supponit concretus et in aliquibus non pro alio sed pro illo.

Pro cuius declaratione nota quod abstractum semper significat illud principalem mediate quo rei conuenit aliqua denominatio concreta ipsi autem rei conuenit denominari a multis concretis scilicet ab aliqua parte essentiali sicut ab aliqua forma accidentali sibi inherente ab aliqua connotatione conueniente sibi ratione materiae ab aliquo motu ab aliqua actione ab aliquo sibi per se extrinseco ab aliqua passione aliqua carentia rei alicuius a distinctione ab aliquo a negatione ab aliquo a bidentitate cuius se ipso ab aliqua proprietate secundum intentionem vel rationem et plibus aliis modis exempla istorum rationalis albus extrinsecus currens calefaciens pater percussus cecus differens ab alio non alio idem forti signatus intellectus

in omnibus his abstractum debet importare illud vel illa a quo vel a quibus res de nominatur: nam quodam sit concreta unum et simplicis significationis formalis alia vero sunt concreta multipliciter et compositae significationis: quodammodo, n. propter materiale signatum pro quo supponit non nisi unam rem aliquo modo ad ipsam comparatam importat ut albus calidus rationale quodammodo tamen propter materiale signatum duas res aut plures importat ad ipsam dicitur modo de comparatas ut exempli gratia hoc concretum videtur propter rem quod videtur quod gratia exempli sit petrus de signat et visionem et rem visam. quod duo ut notum est sunt res diuersae ad ipsas fortiter diuersimode comparatas una est. n. eius accidentis altera vero eius obiectum: in his secundum secretis poterit abstractum importare illud quod est magis faciens ad denominationem de materia li et connotare aliam rem: ut abstractum huius concretum visum vel videtur erit visio quod quidem abstractus est ad huc terminum connotatum de formali importans obiectum ita ad huc potest fieri maior abstractio. scilicet significatio hanc qualitatem que est visio absolute et ipsum obiectum similiter absolute tunc erit ultimata abstractio et ita possunt ea que reales dicuntur a nominalibus nominalizari: ex parte huiusmodi quod est absolute vel connotative concipi et pauciora vel plura connotando.

Septima propositio: est unus modus dicendi Guillelmi de Cham debis abstractis quod ubi concretum sumitur denominatio uel a pluribus rebus abstractum non supponit pro uno solum sed pro aggregatione omnium a quo sumitur concretum denominatio ut risibilis denominatur aliquis ab anima que est potentia ridendi et ab actu ridendi a primo tanquam a causa a secundo tanquam ab effectu que sunt duo ideo risibilitas supponeret pro utroque simul et pro nullo illorum seorsum: eodem modo diceretur de li sedes quod importat de formalis duo scilicet partes sedentis et locum adque tales partes taliter se habent et ita sessio diceret illa duo de materiali. eodem modo posset quis dicere quod paternitas supponat pro filio et filiatio pro patre: nam pater a filio de nominatur et filius a patre et ita consequenter diceretur in omni relatione aliquorum ubi sunt fundamentum et terminus: sed in terminis concretis connotatiuis est difficultas pro quo etiam abstractum supponat ut cecum et cecitas: tangit de Cham in primo distinctione quinta questione prima unum modum dicendi scilicet quod abstractus non includens negationem non sup

*arguuntur facit
quare est quod iste
atque antea erat for
et et magis non est
et non potest dicitur
nisi aliud nisi cum
ad unionem qua
ea fugiebatur
Desinit suppone
lo binario de defectu
si immediati & ratio
ente binario erat sign
fuz quod tunc faciebatur
res. & quod nunc ille bi
offertur illi non con
vms ens. sed plura
dico quod non est ei
atque significatum.*

*binus supponit pro
proo tamquam pro al
& sessio supponit
re.*

de Cham

de Cham

*in finitjs sit connotatus intrinsece vel ex
trinsece: aut essentialiter sine accidentibus*

Primus articulus tertie questionis

XLIII

ponit aliquo in affirmatiua qz nō dicit ens
aliquid esse s; ab esse qz cecitas dicit priuatio
nez et ita cecitas nihil est et qm̄ ista cōceditur
cecitas est priuatio dz cōcedi: nō vt sit de ter
mino supponente psonaliter et de actu exerci
to s; vt sit de actu signato vt tñ valeat cecitas
est trus priuatiue significās. Secundū alios
cecitas est ipse homo cecus et sessio res sedēs

Octaua propositio esset nō mul
to a proposito aliena disputatio illa de tris in
finitis. s. cui cōceptui subordinent vt li nō ho
mo an absoluto an cōnotatiuo conceptui sub
ordinent p̄missa alia opinione interi. Petri
mātuani an. s. sint trī cōplexi vel incomplexi:
quod in primo Perihemēias solet disputari
Et cōcesso vt hitas est qd̄ illis correspōdeat cō
cepti cōplexi et cōnotatiui quereret ulterius
an sint connotatiui intrinsece an extrinsece an
essentialr an accidentāl̄ ad quod nō est vanda
absolute vnica responsio: nam li nō albus cōs
tat qz accidentāl̄ et extrinsece cōnotat transmu
tabilr nā fortis nūc est alb⁹ et post verificat
de eo nō alb⁹: s; deli nō homo videtur qz non
cōnotet accidentāl̄ trāsmutabilr quia posquā
vere affirmatur de aliquo ipso supponēte non
potest de eo vere negari et ita alii modū pdica
di debet facere ly nō homo de pariete qz ly nō
alb⁹ de eodē pariete: ergo vel erit accidentāl̄ in
